



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Opera Mystica V. Ac Mystici Doctoris F. Ioannis A Cruce
Primi Religiosi Discalceati Ordinis B. V. M. De Monte
Carmelo Et Seraphicæ Virginis Theresiæ fidelissimi
coadiutoris**

Juan <de la Cruz>

Coloniæ Agrippinæ, 1639

Flamma Amoris Viva Et Cantvum, In Qvibus De Magis Intima Animæ Cvm
Deo Vnione, In eumque transformatione agitur; explanatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37873

FLAMMA
AMORIS VIVA

ET

CANTVVM, IN QVIBVS
DE MAGIS INTIMA ANIMÆ
CVM DEO VNIONE, IN
cumque transformatione agitur; ex-
planatio.

AUTHORE

V.P.F. IOANNE A CRUCE
PRIMO DISCALCEATO ORDINI
BEATÆ VIRGINIS DE MONTE
CARMELO, A SERAPHICA VIRGINE SANCTA
THERESIA à IESV reformati, eiusdemque Vir-
ginis Coadiutore fidelissimo.



COLONIÆ

In Officina Hæredum Bernardi Gualtheri.

ANNO M. DC. XXXIX.

3.
annis
Cruce

sera
stica

XVI
128

I
Joh
a C

of
my

A M M A

AALORIS VIVA

WIVONIA

WIVONIA

WIVONIA

WIVONIA

WIVONIA

WIVONIA

WIVONIA

WIVONIA

WIVONIA

WIVONIA

WIVONIA

WIVONIA

WIVONIA

WIVONIA

WIVONIA

WIVONIA

WIVONIA

WIVONIA

WIVONIA

WIVONIA



PROLOQVIVM.

NON sine aliqua mentis renitentia, quatuor sequentium Cantuum declarationem, vt quorūdam precibus satisfacerem, aggressus sum; eò quod de rebus adeò intimis, & spiritualibus, quibus dignè efferendis verba vt plurimum defunt, pertractent: spiritualia quippe sensum superant, & de medulla spiritus ægrè verba fieri possunt, nisi cum præcordiali spiritu; quem quoniam fatismihi exiguū inesse sentio, ideo hucusq; explanationem hanc distuli. Nūc verò quia videtur Dominus impertijisse menti meæ & spiritui aliquid notitiæ & caloris, resumpto animo laborem hunc subire, decreui: optimè conscius, nihil me ex me, quod ad rem faciat, proferre posse, multò verò minus de rebus tam sublimibus, & substantialibus. Quare, si quid vtile proficuumque protulero, nequaquā mihi adscribo, sed errores duntaxat, & defectus, si qui irrepserint; vnde saniori iudicio, & sanctæ Matris Ecclesiæ Catholicæ Romanæ censuræ, sub cuius directione nemo potest aberrare, submitto vniuersa. Quibus suppositis diuinarum literarum authoritati in-

M m 2 nixus,

3.
nizis
ruce

vera
stica


VV
124

nixus, quidquid sciero, audentius proferre præsumam, illud vnum admonendo, quod quidquid tãdem dixerò, longe illud minus esse eo, quod in intima illa cum Deo v-
nitione peragitur. Nec est cur quispiam miretur, subli-
mes adè, & præterordinarios fauores à Deo anima-
bus, quas ipse delitijs cumulare statuit, concedi, si enim
attentiùs pensitemus, ipsum DEVM esse, & tanquam
DEVM immenso cum amore ac bonitate, eos elargiri;
nequaquam nobis hoc præter rectam videbitur ratio-
nem: quandoquidem ipsemet dixit ad eum, qui ipsum
dilexerit, Patrem & Filium & Spiritum sanctum ven-
turos, mansionemque apud ipsum facturos, quod fieri
debebat, ipsum in Patre, Filio, & Spiritu sancto vi-
tam diuinam viuere, & manere, faciendo, quemad-
modum anima in istis Cantibus significat. Quamuis
enim in Cantibus superius explicatis, de perfectissimo
supremoque, qui in hac vita obtineri possit perfectionis
gradu, qui est transformatio in Deum, fuerimus locuti:
præsentes tamen Cantus de magis consummato, perfe-
ctiorique, in eodem ipso transformationis statu amore
pertractant. Nam licet indubium sit, id quod Cantus
isti & illi proponunt, eundem esse transformationis sta-
rum, nec vltius, in quantum talis est, progredi posse:
temporis tamen successu exercitioque perenni, perfici
potest, multoque amplius in amore substantiari seu cõ-
centrari. Sicuti euenire solet, quod quamuis ignis li-
gnum

1. ad. 14. 23.

*Quanam
sit materia
cantuum
qui in hoc
libro ex-
plicantur.*

gnum ingressus, illud in se transformauerit, sibi que
 iam vnierit: inflammato tamen magis & inardescente Apta si-
 militudine
 res hac de-
 claratur.
 igne, longiorique mora, illud penetrante multo magis
 splendescit, flammescitque, donec scintillet, & euomat
 flammam. Atque in hoc ardentissimo gradu, intelligen-
 da est hoc loco loqui anima, transformata iam & inte-
 rius in amoris igne consummata: non enim vnita est
 duntaxat huic diuino igni, sed iam viuam ipse, in ea
 excitat flammam; quod etiam ipsa experitur, vnde in
 Cantibus istis cum intima delicatissimaque amoris
 suauitate, flammis ipsius succensa de eo loquitur,
 stupendos quosdam, quos in ea producit effectus per-
 pendendo, quos ego eodem, quem in alijs Cantibus ob-
 seruauit, ordine explicabo: Primo loco Cantus omnes
 coniunctim proponam; confestim vero quemli-
 bet Cantum breuiter explanabo. Et tandem
 vnumquemque versum singillatim
 elucidabo.

3.
nizis
rucevera
sticaVVI
124

CANCIONES QVE CANTVS QVOS IN
HAZE EL ALMA EN LA INTIMA CVM DEO VNIONE
intima Vnion con Dios. decantat anima.

I.

O llama de amor viua
Que tiernamente byeres
De mi alma en elmas profundocentro
Pues ya no eres esquiua,
Acaba ya si quieres
Rompela tela deste dulce encuentro.

II.

O cauterio suave!
O regalada llaga!
O mano blanda, o toque delicado
Que a vida eterna sabe,
Y toda deuda paga
Matando, muerte en vida lo has trocado

III.

O lamparas de fuego!
En cuyos resplandores
Las profundas cavernas del sentido,
Que estaua escuro, y ciego,
Con estranas primores
Calor, y luz, dan junto a su Querido.

IV.

Quan manso y amoroso
Recuerdas en mi seno
Donde secretamente solo moras
Y en tu aspirar sabroso,
De bien y gloria lleno
Quan delicadamente me enamoras.

I.

Semper ô viuax in amore flamma,
Quam saporosis tenerisque Centrum
Saucias plagis, anima profundum!
Non velut quondam crucias molesta:
Si placet, finem facito, & suauis
Huius occurfus eceler inchoatam

Rumpitotelan.

II.

Dulcor ô cauterij amore facti!
O fauens illo veniens ab igne
Vulnus! ô blandam teneramque dextram!
Tactus ô lenis! sapit æuiternam
Dulciter vitam, pretio fidelis
Debitum soluit. Perimendo vitã

Æuiternam.

III.

igneam ô clarã face splendicantem
Lampadem, cuius radijs, cauerna
Intima sensus beneluminata,
(Quem nigrescentem prius inter vmbrã
Tetra caligo tenebris repleuit)
Vi nouã lucem perhibent amato,

Atque calorem.

IV.

O quam amorosus simul aque mitis
In sinu nostro vigil excitari!
Hic vbi solus latitans moratur:
Hic vbi dulcis grauidus sapor
Spiritus totus tuus, & bonorum
Glorie plenus, mihi delicatè in-

vrit amorem.

PRIMI



PRIMI CANTVS ELVCIDATIO.



Entiens se iam anima totam in vnione diuina flamman-
tem, & per amorem in Deum transformatam, flumina in-
super aquæ viuæ (quæ Christus Dominus noster ex huius-
modi animabus manatura prædixit) ex ventre suo effluere ^{Ioan. 7. 38}
animaduertens: arbitrat quod quoniam tanta vi in
Deum est transformata, tamque excelsè à seipsa &

creaturis vniuersis auersa, immensisque adeò virtutum ac donorum opi-
bus ditata, existimet, inquam tantopere se æternæ beatitudini vicinam,
vt tenuissima duntaxat leuissimaque ab ea tela separetur. Considerans
autem quod quotiescunque delicatissima illa, quæ in ipsa ardet amoris
flamma, eam impetit, semper illam dulcissimis gloriæ prælibationibus
veluti gloriosam efficiat, ita vt semper dum ab ea impetitur, absorbe-
turque; vitam sibi ab ea sempiternam conferri, vitæque mortalis telam
abrupti, arbitretur: immenso cum desiderio flammam, Spiritum videli-
cet sanctum compellat dicens, vt in dulci illo congressu abruptam iam
mortalem vitam, & vt id, quod videtur se iam illi conferre velle,

omnimodam videlicet & perfectam glorificationem,
tandem ei serio largiatur. Vnde & ait:

O flamma amoris viuæ.

☉(o)☉

VER-

3.
nizis
ruce

vera
stica
VI
124

VERSUS I.

O Flamma Amoris viva.

T sensum & estimationem, cum qua in istis quatuor Cantibus loquitur anima, graphicè exprimat, in omnibus illis dictionibus O & Quam, vitur, quibus affectu plenam exaggerationem significat, quæ quotiescunque proferuntur, multò amplius de interioribus innuunt rebus, quam verbis explicetur. Porro interiectio. O ad desiderium ingens exprimendum, & ad instantes, cum persuasione preces significandas, deseruit: & ad verumque hunc finem, in isto Cantu interiectionem istam vsurpat anima: in ipso namque, immensum desiderium suum aperit, & exaggerat, cupiens amori persuadere, vt eam præsentis vitæ vinculis absoluat. Hæc amoris flamma est sponsi ipsius spiritus, hoc est, Spiritus SS. quem iam sentit in se anima, non modo velut ignem, qui eam absumpsit, in dulcemque transformauit amorem; sed etiam veluti ignem, qui in ea ardens, flammam emittit: flamma autem illa, rore gloriæ inpergit animam, æternæque vitæ temperamento refrigerat. Atque hæc est Spiritus sancti, in anima, in suum transformata amorem, operatio; actus nempe interiores producere, qui sunt ardere & flammescere, qui actus inflammationes sunt amoris, cui vnita voluntas in gradu excelssimo amat, vnum per amorem cum illa flamma effecta. Vnde actus isti amoris, immensi sunt valoris, plusque eorum vno promeretur anima, quam alijs multis, quos sine transformatione ista e-

*Actus isti
amoris
in mensi
sunt valo-
res.*

licuerat. Et discrimen, quod inter actum, & habitum intercedit, etiam inter amoris transformationem, & amoris flammam reperitur, & idem quod inter inflammatum lignum, & eius flammam: flamma enim effectus est ignis, ibi manentis. Vnde ordinarium habitum animæ, quæ in statu transformationis amoris versatur, similem possumus asserere ligno igne semper penetrato & accenso: actus porro ipsius flamma sunt, ex amoris igne erumpentes, quæ flamma tanto impetuosius dissiulat, quanto fuerit ardentior vnionis ignis, & quanto potenter capta & absorpta fuerit voluntas in Spiritu sancti Flammâ, Angeli illius instar, qui ex Manue sacrificio in flamma ad Deum conscendit. Vnde in hoc actu statum nequit anima istos producere actus, nisi à Spiritu sancto peculiarissimè moueatur; quamobrem etiam cuncti ipsius actus, in quantum hoc singulari modo à Deo excitantur, sunt diuini. Vnde etiam, quotiescunque flammescit ista flamma, faciendo illam cum suavitate ac temperamento diuino amare, vitam sibi sempiternam, quæ eam ad diuinam eleuat operationem, conferri arbitrat. Atque hic est stylus seu modus loquendi quo cum animabus repurgatis, ac mundis vitur Deus, verbis nimirum eas ardentissimis alloquendo, quemadmodum Dauid dixit: *igniti in eloquium tuum vehementer.* Propheta quoque Hieremias: *Nunquid non verba mea sunt quasi ignis?* Quæ (sicut ipse Dominus per S. Ioannem ait) *Spiritus & vita sunt:* quorum verborum vim & efficaciam illæ percipiunt animæ, quæ aures habent ad ea audienda; hoc est, animæ puræ, & amore capræ. Nam illæ quæ minimè sanum palatū habent, sed saporibus alijs inhiant, nequaquã spiritum, vitamque verborum istorum degustare queunt. Et propterea, quo sublimiores filias

VERSVS II.

Qua suauiter feris.

ID est : amore tuo suauiter me tangis. *Quid sit suauiter ferire.*
 Quando enim hæc vitæ diuinæ flamma cum vitæ diuinæ teneritudine ferit animam, tam intimè præcordialiterque illam fauciat, & emollit, vt eam amore liquefaciat, vt in ipsa impleatur illud, quod de Sponsa in Canticis legimus, quod mirum tantopere fuerit emollita, vt liquefieret, vnde & dicit: *Anima mea liquefacta est, vt loquutus est dilectus.* Hunc liquidem effectum allocutio diuina in anima producit.

At qua ratione dici potest, fauciari animam, cum in ea nihil super sit fauciandum, eo quod iam tota sit amoris igne consumpta & cauteriata? Est profectò res admiratione digna; sicut enim ignis nunquam otia- tur, sed in perpetuo est motu, semper hinc & inde flammæ ei aculans; sic & amor, cuius munus est, vulnere amore in succendere, delictisque delinire, cum in huiusmodi anima in viuâ iam flammâ commoretur; sua spicula veluti tenerrimas delicati amoris inflammationes illi intorquet, suauiter, festiueq; veluti in suarum nuptiarum palatio, artes, inuentionesq; amoris (tanquã Assuerus cum sua formosa Esther) exercens, opesq; ibi suas, ac magnificentie suæ gloriam ostentans, vt in ista anima impleatur illud, quod ipsemet in Prouerbis dixit: *Et delectabar per singulos dies; ludens in orbè terrarum, & delicia mea esse cum filiis hominum: hoc est, eas ipsi impertiendo.* Quamobrem vulnera ista, quæ sunt sapientie diuinæ lusus, delicatissimorum sunt tactuum inflammationes, quæ per-

Nn mo-

filii Dei proferebat sermones, eo minus nonnullis, ob audientium impuritatem sapiebant: quemadmodum euenit, cum dulcissimam illam & amore plenam de Sacrosancta Eucharistia doctrinam proposuit, multi enim audientium abierunt retro: *Multi discipulorum eius abierunt retro.* Nec quia huiusmodi hominibus diuinæ istæ allocutiones, quas in intimis profert Deus, minimè sapiunt, ab alijs etiam eas non degustari arbitrari debet, sicuti eas S. Petrus degustauit, quando Christo Domino dixit: *Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes.* Samaritana quoque Dei verborum dulcedine capta, aquæ & hydræ oblita est. Cum ergo hæc anima tantopere Deo vicina sit, vt in flammâ amoris, in quo communicatur ei PATER, FILIVS, & SPIRITVS SANCTVS, sit transformata; quid obsecro fidem superans dicimus, cum eam in ista Spir. S. inflammatione, tantillum æternæ vitæ degustare (quanquam non perfectè, non enim hoc vitæ præsentis status patitur) asserimus. Preterea hanc flammam appellant viuâ, non quod non semper sit viuâ, sed quia eiusmodi in ea producit effectum, qui facit eam in Deo spiritualiter viuere, Deique vitam experiri: ad eum modum de quo loquutus est Dauid: *Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum.* Non quia necesse sit dicere viuum: semper quippe viuunt Deus: sed ad significandum à sensu ac spiritu viuio modo, degustari DEVM: & hoc est exultare in Deo viuio. Quamobrem in hac flamma ad eum viuidè percipit anima Deum, cum tantaque eum degustat suauitate ac sapore, vt dicat;
*O flamma amoris
 viuâ.*

3. *miris
rube*

*vera
stica
VT
124*

*Mirabiles
lusus festi-
ui quos in
anima
transfor-
mata exer-
cet amor.
Esther 2. 9
Prou. 8. 30
31.*

*Quid sint
hæc vul-
nera ani-
ma.*

momenta singula ex parte ignis amoris, qui nequaquam oriatur, tangunt animam, quos quidem tactus fieri ferireque asserit, animæ suæ profundissimum centrum.

V E R S V S III.

Anima mea profundissimum centrum.

Quandoquidem hæc Spir. S. festiuitas in animæ substantia, quo nec daemon, nec mundus, nec sensus peruenire possunt; celebratur: idcirco etiam festiuitas hæc securior est, substantialior ac delectabilior, quo videlicet intimior. Quo enim est intimior, eo purior, & quo purior, eo affluentius, frequentius, vniuersaliusque sese communicat illi Deus, vnde etiam maioribus delicijs spiritus, animaque perfruuntur: Deus siquidem est ille, qui vniuersa absque vllâ animæ cooperatione, in sensu quæ iam explicaturi sumus, operatur. Et quoniam anima naturaliter, industriaque suâ, nihil absque corporei sensus interuentu & ope, valet operari; à quo tamen in præsentî casu liberrima est, & remotissima: hinc est, vt vniuersa ipsius occupatio nihil aliud sit, quam à Deo duntaxat recipere, qui solus in fundo, seu centro animæ, absque sensuum adiumento eam mouere, in eaque operari potest, quare vniuersi huiusmodi animæ motus diuini sunt: & quamuis à Deo pronentiant, etiam ipsius animæ sunt; efficit siquidem eos Deus in illâ cum illa ascensum voluntatemque suam præbente.

Et quoniam dum asserit se in profundissimo animæ suæ centro feriri; aliam non adeo profunda centra se habere fig-

nificat, qua id ratione fiat animaduertendum est. Primo loco itaque sciendum est, animam in quantum spiritus est, nihil sublimis, nihil infimi, nihil magis minusque profundi in sua essentia habere, quemadmodum quantitativa corpora habent: cum enim ea ex nullis partibus constet, neque aliquid discriminis inter ipsam intus & foris intercedat, quandoquidem tota vnius rationis est, nequaquam habet centrum magis aut minus profundum, neque in vna parte maiore splendore irradiari potest, quam in alia; sicut accidit in Physicis corporibus: sed tota vniiformiter illustratur. Verum ista centri profunditatisque materialis, & quantitativæ acceptione prætermittenda: illud profundissimum animæ centrum appellamus; quod est vltima meta, ad quam ipsius essentia, virtus, & operationis motusque vis, peruenire possunt, nec inde ulterius progredi: sicut ignis, vel lapis, qui virtute, motuque naturali ad suæ spheræ centrum attingendum pollet, nec inde ulterius progredi valet, aut in illo non sistere, nisi forte ab aliquo contratio obstaculo arceantur. His præsuppositis, dicere possumus; lapidem cum intra terram est, esse veluti in suo centro versatur enim intra actiuitatis, motusque sui spheram, quæ est terræ elementum: non tamen in profundissima terræ parte est, in ipsius videlicet medullis; superest enim adhuc illi virtus & vis, illuc usque descendendi, & si obstaculum amoueatur perueniendi, quando verò illuc peruenerit, nec amplius ex se virtutis ad sese mouendum habuerit, dicemus illum in profundissimo versari centro.

Animæ centrum Deus est, ad quem postquam ipsa, secundum essentiam suam, vniuersamque vim operationis suæ per-

peruenit, ad vltimum, profundissimum-
que animæ centrum peruenisse dicitur;
quod cunctis, cum ex totis viribus suis,
eum dilexerit ac intellexerit, eoque fuerit
perfructus; quando autem eousque non
peruenit, licet in Deo, qui eius cætrum est,
per gratiam & ipsius communicationem
sit; si motu adhuc viribusque ad vltius
progrediendum prædita sit, nec adhuc
contenta; licet in centro versetur, non ta-
men in profundissimo; quandoquidem
ad vltiora se extendere valet. Amor ani-
mæ copulat Deo, & quo plures amoris
obtinuerit gradus, eo in Deum profundius
intrat, magisque cum eo concentratur.
Quare secundum istam qua vtimur, lo-
quendi normam, asserere, possumus, se-
cundum numerum graduū amoris, qui
bus anima in Deum fertur, plura quo-
que esse animæ in Deo centra, quæ sunt
illæ multæ mansiones, quas Dominus in
domo Patris sui esse dixerat. Atque
ita si vnico amoris gradu fuerit prædita,
iam in Deo, qui ipse centrum est, versatur:
vnus quippe amoris gradus, ad ma-
nendum in Deo per gratiam, satis est;
quod si duos obtinuerit amoris gradus,
in intimiori centro sese Deo concentra-
uit, si ad tres peruenit gradus, in ter-
tio quoque gradu Deo concentrabitur;
si autem profundissimum assecuta fuerit
amoris gradum, amor quoque diuinus
in illud eam feriet, quod hoc loco pro-
fundissimum animæ centrum nuncupa-
mus: à quo etiam amore in quodam ele-
uatissimo gradu secundum essentiam, po-
tentiam, vimque suam transformabitur,
irradiabiturque, donec simillima Deo e-
uadat. Sicut crystallum limpidum & mū-
dum, quo plures lucis recipit gradus, eò
magis lux illi concentratur, splendidiusq;
re dditur, donec eousque pertueniat, ad-
eoque copiosè lux in eo radicitur, vt

totum, lux ipsa videatur, nec à luce dif-
cerni possit, quandoquidem iam quan-
tum capax est, totum sit illustratum ab ea,
quod nihil aliud est, quam illi simile vi-
deri. Atque ita cum dicit anima flam-
mam profundissimum ferre centrum,
perinde est ac si diceret, quod dum sub-
stantiam, virtutem, vimque animæ pro-
fundissimè tangit, eam sauciet. Quod id-
eò dicit, vt gloriæ, voluptatisque suæ
affluentiam exprimat: quæ voluptas
eo maior teneriorque est, quo poten-
tius, substantialiusque in Deum fuerit
transformata, eique concentrata. Quæ
res multis gradibus superat id, quod in
vulgari amoris vnione euenire solet, se-
cundum vehementiam intentioris ardo-
ris ignis, qui hoc loco (vt diximus) viam
eiaculatur flammam. Hæc quippe ani-
ma, quæ dulci adeò perfruitur gloria,
& anima quæ communi duntaxat amo-
ris vnione potita est, igni diuino, quem
Isaias in monte Sion militantem Eccle-
siam adumbrantem esse dicit: & Cami-
no Dei qui erat in Hierusalem, quæ vi-
sionem pacis significat: quoddammo-
do similes sunt. In hoc enim, de quo agi-
mus statu, velut in quodam succenso ca-
mino versatur anima, in tanto pacatori,
gloriosiori, teneriorique vnione (vt di-
ximus) quanto ardentior est camini
huius flamma vulgari igne, vnde fen-
tiens anima ab istâ viâ flammâ, viâ sibi
modo vniuersa communicari bona (a-
mor enim iste diuinus omnia secum ad-
ducit) ait:

*O flamma amoru viuæ!
Que sua uiter feris.*

Ac si diceret: O ardentissimi me amor, qui a-
morosis motibus tuis, in maxima animæ
meæ capacitate, ac vi, me gloriosam

N n 2 red-

3.
minis
ruce

vera
stica

IVT
124

Isa. 31. 9.

Quæ gra-
dius am-
oris ad-
mi. 117.

Am. 1. 4.

Ap. 1.
m. 124.

reddis ; diuinam videlicet mihi intelligentiam , iuxta totam intellectus mei aptitudinem tribuendo, amorem quoque secundum maximam voluntatis meæ amplitudinem mihi impertiendo , hoc est intelligentiã diuinã excellissimè intellectus mei aptitudinem , in quodam intensissimo voluntatis meæ feruore , substantialique iam explicata vnione , sublimando. Quod reuera ita accidit, imò multò amplius quàm verbis exprimi possit ; eo nimirum tempore , quo flamma hæc in anima exurgit. Cum enim anima tota repurgata sit , & mundissima , profundè , subtiliter , sublimissimoque modo eam in se per suam flammam absorbet sapientia : quæ quidem sapientia ob suam puritatem attingit à fine vsque ad finem: Atque in illa absorptione sapientiæ, exercet Spiritus sanctus gloriosas flammæ suæ , sicuti diximus, vibrationes. Quæ flamma , cum adeo suavis sit , confestim subiungit anima : *Quandoquidem iam non es molesta.*

V E R S V S IV.

Quandoquidem iam non es molesta.

*Quid est
flammam
hanc esse
molestam.*

ID est : quandoquidem non iam amplius affligis aut coarctas , neque sicut antea, defatigas : flamma siquidem ista, dum anima in purgationis spiritualis statu versaretur ; hoc est, quando contemplationem ingrediebatur ; non erat illi adeò iucunda & suavis, ac nunc est, in isto vnionis statu. Quamobrem sciendum est, Flammam istam antequam diuinus hic amoris ignis per purgationem, puritatemque perfectam, in intima animæ penetra-

lia introducat, illisque vnatur, inuadere animam , prauorum ipsius habituum imperfectiones demoliendo , & in nihilum redigendo.

Hæcque est Spiritus sancti operatio, in qua ad vnionem diuinam , transformationemque in DEVM per amorem illam disponit. Idem quippe amoris ignis, qui in ista amoris gloria postmodum vnitur illi ; ipse est, qui prius eam adoritur purgando ; quemadmodum etiam idemmet ignis, qui ligni interiora penetrat ; est ille , qui prius illum lambebat , feriebatque suã flammã exsiccando , ac à suis frigidis accidentibus illud denudando , donec calore suo præparatum penetraret, ac in se transformeret. In quo exercitio plurimum patitur anima , magisque in spiritu sentit afflictiones, quæ interdum etiam in sensum redundant : cum illi hæc flamma molesta sit & grauis, quemadmodum in Noctis Obscuræ tractatu , & in Ascensus Montis Carmeli Libro fusius docuimus ; & propterea non placet nunc pluribus de hac re agere , satis nunc sit nosse eundem DEVM , qui per vnionem amorisque transformationem vult ingredi Animam , esse illum qui prius eam diuinæ suæ flammæ luce , & calore, ipsam repurgando feriebat, & inuadebat ; vnde eadem flamma , quæ nunc ei suavis est & iucunda , erat antea grauis & molesta.

Proinde idem est , ac si Anima diceret : Siquidem iam non es mihi amplius , sicut prius obscura , & tenebrosa ; sed es diuinum intellectus mei lumen, quo te contemplari possum ; nec amplius imbecillitatem meam deficere facis ; sed es potius voluntatis meæ robur & fortitudo, cuius præsidio tota iam in diuinum amorem conuersa, te amare & frui possum.

possum: neque iam es animæ meæ pondus & pressura: sed potius gloria ipsius, delicia & latitudo; quandoquidem de me affirmari illud potest, quod in Canticis dicitur: *Qua est ista qua ascendit de deserto, delicti affluens, inmixta super dilectum suum?* hinc & inde amorem spargens? *Impone iam si placet finem.*

VERSUS V.

Impone iam si placet finem.

Idest: age iam, consumma mecum perfectè & spirituale matrimonium tui Visione beatifica.

Quamuis enim non inficiet in isto tam sublimi statu, tanto magis resignatam esse animam, quanto fuerit amplius transformata; nullam enim rem nouit se ipsam querendo, petere, (nam in omnibus dilectum suum querit, cum charitas bonum gloriamque dilecti duntaxat præ oculis habeat) quia tamen adhuc in spe uiuit, in qua non potest non aliqua sentiri vacuitas, in tantum (quamuis suauiter & iucundè) ingemiscit, quantum sibi ad perfectam filij Dei adeptionem obtinendam deest. Quare postquam gloria sua fuerit consummata, appetitus quoque ipsius conquiescet, qui quantumuis in hac vita Deo fuerit vnitus, nunquam expletur, donec appareat gloria ista: præsertim cum iam suauitatem ipsius, ac primitias in hoc statu prægustet: quæ huiusmodi sunt, vt nisi Deus naturæ imbecillitatem dextera sua protegeret, tuereturque (quemadmodum cum Mose in petra fecisse legimus, vt absque interitu gloriam suam contemplari posset, ex cuius dextera protectione, delicias potius roburque percipit natura, quam aliquid detrimenti) ad

singulas istas inflammationes interitura videatur, cum inferior hominis pars, tam ingentem, sublimemque ignem nequeat sustinere. Ac propterea appetitus iste non est in hoc statu molestus, iam enim hanc anima vniuersas pœnas euasit: quin potius cum summa suauitate delectatione, ac resignatione id postulat. Propterea quippe ait: *Si placet.* Nam voluntas & appetitus ipsius, ita Deo, suo modo coniuncti sunt, supremam vt suam gloriam in eo sitam arbitrentur, vt quidquid voluerit Deus, fiat; verum huiusmodi sunt hæc demonstrationes gloriæ, tantusque qui elucescit amor: vt exigui potius amoris argumentum esset, illam amoris perfectionem, consummationemque non postulare. Accedit ad hoc, quod animaduertit ibi anima in illa communicatione delitiosa, sese à Spiritu sancto incitari mirisque modis, ac lauisimis inuitari affectibus, ad immensam gloriam illam, quam ipsi præ oculis ponit, dicens illud, quod spontè in Canticis dixerat: *Surge prope amica mea, columba mea, formosa mea, & veni: iam enim hiems transiit, imber abiit, & recessit: flores apparuerunt in terra nostra: ficus prouulit grossos suos, vinee florentes dederunt odorem suum: Surge amica mea speciosa mea & veni, columba mea in foraminibus petrae, in cauerna maceria, ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis; vox enim tua dulcis, & facies tua deuora.* Cuncta hæc sentit sibi dici à Spiritu sancto anima in dulci illa teneraque flamma. Et ideo ipsa hoc loco respondet:

Impone iam, si placet finem.

quibus verbis duas illas postular petitiones, quas Christus Dominus noster per sanctum Matthæum rogari iussit, nimirum. *Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua;* ac si diceret, finias iam istud mihi præbere regnum, quemadmodum tu ipse hoc

Nn 3 vis.

In hoc statu anima vniuersas pœnas euasit.

Cant. 2. 10

Mat. 6. 10.

3.
mizis
ruce

vera
stica
VT
124

vis. Quod ut ita fiat. *Abrumpe telam dulcis huius occurfus.*

VERSUS VI.

Abrumpe telam dulcis huius occurfus.

Tres sunt
tela ad
Dei per-
fectè possi-
dendum
necessario
abrum-
pende.

2. Cor. 5. 1.

Dua tela
priores ne-
cessario
abrum-
pende.

ILLud videlicet, quod tanti momenti præpedit negotium; facile siquidem est telis impedimentisque separantibus sublatis ad Deum peruenire. Quæ quidè telæ ad Deum perfectè possidendum necessario abrumpendæ ad tres reducuntur. Temporalem nimirum, sub qua vniuersa comprehenduntur creaturæ. Naturalem, sub qua cunctæ operationes propèssionesque purè naturales latent: Et Sensitivam quæ vniionem animæ cum corpore duntaxat comprehendit, quæ est animalis & sensitiva vita, de qua loquitur S. Paulus, *Scimus enim, quoniam si terrestri domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod adificationem ex Deo habemus domum non manufactam æternam in cælis.* Duæ telæ priores, necessario abrumpi debuerunt, vt ad istam Dei per vniionem amoris possessionè posset perueniri, per quem amorem vniuersa mundi res abnegatæ sunt & repudiatæ, affectus quoque & appetitus mortificati, & denique operationes animæ effectæ diuinæ. Quæ omnia flammæ istius, dum adhuc esset molesta & ingrata, occuribus abrupta sunt. In purgatione siquidem spiritali, duas istas telas omnino abrumpit anima vniiturque dilectio; nec aliud præter tertiam sensibilem videlicet vitæ telam frangendum, residuum est; atque hanc ob causam, hoc loco ait, *Telam non verò Telas; nulla enim alia superest præter istam,*

quam flamma hæc, minimè eo rigore ac asperitate, qua cæteras aggreditur, sed suaviter ac iucundè. Vnde & huiusmodi animarum per mortem exitus dulcissimus est, & omnibus vitæ præteritæ delictijs iucundior: moritur quippe impetibus & suauissimis amoris aggressionibus extincti, Cigni instar; dulcius dum mori vult, modulantis. Nam idcirco dixit Dauid: iustorum mortem esse pretiosam, in ipsa enim amoris animæ flamina in amidi pelagus intant: & sunt ibi hæc flamina adeò lata ac tranquilla, vt iam ipsa mari videantur; cum iam ibi principium & finis prius & posterius ad asserendum iustum qui ad regnum suum capellendum recedit coniungantur: audiuntque laudes finium terræ, gloria videlicet iusti: & sentit se anima in hoc statu gloriosis istis impulsibus seu occuribus imperitiam iam, iam, in prociuctu ingressions in effluentias ad regnum perfectè possidendum. Animadaertit enim se (quantum fides præsentisque vitæ conditio patitur) puram & opulentam, & ad tantum bonum capiendum idoneam. Iam enim in hoc statu, sinit eam Deus propriam intueri pulchritudinem, donaque ac virtutes quibus eam insigniuit, fidencius ipsi committit, cuncta siquidem hæc, in amorem illi laudesque; cõuertuntur, procul iam ablegato fermento, quod massam corumpit. Cumque cernat anima nihil iam desiderati amplius, quam vt tenuis hæc naturalis vitæ tela, qua irretita, capta, præpeditaque est ipsius libertas, abrumpari; cupiens dissolui esseque cum Christo, destructa ista spiritus & carnis (quæ plurimum inter se discrepant) textura seu compage, & squam earum qualibet, fortem capiente; carne videlicet in sus remanente terra, spiritu verò ad Deum, qui dedit illum redeunte; (caro enim morte-

64 talis vt sanctus Ioannes ait, non prodest quidquam, imo potius bonum istud spiritus præpedit) & vehementius dolens, vitam tam vilem & abiectam, aliam tam sublimem retardare; eam abrupti postulat. Quam etiam vitam triplici ex capite Telam appellat. Primò, ob connexionem, quæ inter spiritum carnemque intercedit. Secundo, quia inter Deum & animam separationem constituit. Tertio, quia quemadmodum Tela minimè ita densa opacaque est, quin lux eam penetrare possit; ad eundem modum videtur hæc connexio in statu isto, adedò subtilis esse & delicata tela, (cum tantoperè sit spiritualizata, illustrata & extenuata) vt non possit per eam diuinitas non effulgere. Cum verò alterius vitæ robur percipiat anima, præsentis vitæ imbecillitatem animaduertit, videturque illi subtilissima quædam esse tela, imò araneorum tela, quemadmodum eam appellat David: *Anni nostri sicut aranea meditantur.* & adhuc aliquid multò minùs in oculis animæ ad ratam celsitudinem euectæ, apparet. Cum enim ad diuinum sentiendi modum sublimata sit, sentit & iudicat de rebus, sicut ipse Deus, in cuius conspectu (sicut etiam ait David) *Mille anni, tanquam dies besterna qua præterijt.* Et secundum Isaiam. *Omnes gentes quasi non sint.* Et eodem prorsus modo apparent animæ, cui vniuersa nihil sunt, ipsaque in oculis suis nihil est, Deus duntaxat suus, est illi omnia.

Sed hoc loco perpendendum est, cur abrupti potius telam, quam rescindi, aut certe perfici postulet; cum hæc idem esse videantur? Ob quatuor causas id fieri affirmare, possumus. Primò vt magis propriè loquatur; plus enim occursum abrupte quam scindere aut perfici-

tere, congruit. Secundò quia amor, violentia tactusque fortis ac impetu vigentis amicus est, quod in abruptione magis, quam in præcisione seu consummatione exercetur. Tertio quia quum tanto æstuet amore, momentaneum esse abruptionis telæ actum exoptat, vt citius perficiatur; tantò enim vehementior est & preciosior, quantò velocior fuerit & spirituosior; virtus enim amoris in hoc statu coniunctior est, & potentior, introducitque perfectionem transformatiui amoris instar formæ in materiam, quæ in instanti introducit, nam eousque nondum actus transformationis informatiue intercesserat, sed dispositiones duntaxat illius, desideria videlicet & affectus successiue iterati, qui, in paucis admodum, ad perfectum Transformationis actum perueniant.

Vnde rectè disposita anima, multo plures intensioresque potest producere actus breui temporis interstitio, quàm ea, quæ minus est disposita, longissimo. Hæc enim vniuersa in id collimat vires, vt spiritum disponat, & interdum etiam solet postmodum remanere ignis non penetrato vsque quaque ligno. At in eam quæ rectè est præparata, per momenta singula illabitur amor, ac ad primum attackum esca arida concipit scintillam. Atque ita amore capta anima, compendium potius abruptionis expetit, quam scindendi perficiendique moram. Quarto, denique telam abrupti postulat, vt mortalis vitæ tela velocius finiatur: ea enim quæ scinduntur & perficiuntur, maiori cum consilio fiunt, cum nimirum res est magis præparata, maiusque temporis spatium & maturitatem requirere videtur: ruptio porò seu fractio nullam maturitatem, aut quippiam simile præstolat. Cuperet siquidem huiusmodi anima

Pauci ad perfectum transformationis actum perueniunt.

minis
ructe

vera
stica

VI

24

naturalem vitæ suæ terminum non expectari. vis siquidem amoris, nec non dispositio, quam in se agnoscit, eam ad vitæ rutionem, per occursum aliquem & supernaturalem amoris impetum exoprandam cum resignatione inclinant. Probè siquidem in hoc statu nouit anima, proprium esse Deo, ante tempus huiusmodi abducere animas, vt illis conferat bona; easque è malorum medio eripiat, breui eas tempore ad consummationem producendo, ac medio amore illo ea illis præbendo, quæ ipsæ temporibus multis acquirere potuissent, quemadmodum Sapiens his

Sap. 4. 10.

verbis ait. *Placuit Deo factus est dilectus, & viuens inter peccatores translatus est, raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne scilicet deciperet animam illius: consummatus in breui, expleuit tempora multa; placuit enim erat Deo anima illius: propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatum.* Idcirco maximi momenti negotium est, amoris exercitio plurimum esse additum: vt anima hac in parte perfecta & consummata, non nimium hic vel illic detineatur, quin illum facie ad faciem intueatur.

Cur hæc interior Spiritus sancti aggressio occursum appelleretur.

Sed iam nunc videndum est, cur hæc interior Spiritus sancti aggressio appelleretur *Occursus*. Huius rei ea est ratio; nam licet magno teneatur anima desiderio, præsentem finiendi vitam, quia tamen definitum nondum adest tempus, votis eius minime satisficit: vnde vt eam perficiat Deus, & à carne magis subleuet, diuinis eam gloriosisque aggressioibus, veluti quibusdam occurribus inuadit; sunt enim reuera aggressiones istæ occursum quidam, quibus semper peruadit penetratque animæ substantiam Deificando, eamque velut diuinæ efficiendo, quo facto diuina essentia absorbet animam, eò quod occursum suo viuo modo per Spiritum sanctum eam penetrauerit, cuius communi-

cationes vehementes sunt & præcipites, cū præsertim sunt inflammate; cuiusmodi est hæc communicatio. In hoc occursum, quoniam anima viuide degustat Deum, vocat eum dulcem; non quod multi alij attractus & occursum, quibus in hoc statu fruitur, non sint dulces & lapidi: sed ob eminentiam, qua cæteros omnes occursum ista antecellit; eo enim sine occursum isto vititur Deus, vt animam perfectius dissoluat, gloriosamque efficiat. Quare ipsa sumit animum & fidenter ait. *Abrumpite iam dulcè huius occursum.*

Quam obrem vniuersi Cantus hic sensus est: O Spiritus sancti flamma! quæ tam intimè delicateque animæ meæ peruadis substantiam, eique ardoribus tuis cauterium inuris, quando quidem iam ad eò blanda es & amica, vt præterferas desiderium teiplam mihi in vitam æternam consummatam conferendi: si prius vota mea aures tuas non attingebant, quando nimirum cum anxietatibus laboribusque amoris (in quibus sensus spiritusque mei imbecillitas, ob plurimam, quæ tunc afficiebar, amoris debilitatem, impuissimam, exiguamque vim; laborabat) instantius efflagitabam, vt me vitæ mortalis neui exolueres; (desiderio siquidem desiderabat te anima mea, quando impatientiam, non me sinebat huic vitæ modo, quæ tu me viuere volebas, ad eò conformem esse, nec præteriti impetus amoris satis apud te ad obrinendum erant, cum nondum essent ad eò solidæ substantiæ) iam nunc quando sum amore robotata, vt non solum non deficiat in te spiritus sensusque meus, sed potius cor meum & caro mea fortificata à te exulter in Deum viuam, idque summa cum partium conformitate & consensu, vnde etiam id quod tu me postulare vis, postulo, quod verò renuis, ego quoque renuo, sed nec velle posse videt,

deor, aut leui saltem desiderio ad illud
perendum titillari; Et quadoquidem iam
preces meae potentiores sunt, magisque; ra-
tioni in conspectu tuo conformes; à te enim
promanant, tuque ipse illas requiris; & præ-
tereà quia cum suavitate & gaudio in
Spíritu sancto has meas tibi petitiones

CANCION II.

O cauterium suauel,
O regalada llaga,
O mano blanda o roque delicado,
Que a vida eterna sebe,
Y toda deuda paga,
Matando muerte, en vida los trocado.

EXPOSITIO.

IN præfenti Cantu exponit anima, qua ratione tres sanctissimæ Trinitatis per-
sonæ. PATER, FILIVS, & SPIRITVS SANCTVS sunt illæ, quæ in ea diuinum istud
vniõnis opus efficiunt, vnde *Manus* & *Cauterium* & *Attactum* vna eademque res sub-
stantialiter sunt, sed ista imponuntur illis nomina, eò quod effectui, quem eorum
quodlibet producit proportionaliter conformia sunt. *Cauterium* SPIRITVS SAN-
CTVS est, *Manus* ETERNVS PATER, *Attactus* denique FILIVS. Atque ita magnificat
& exalrat hoc loco anima PATREM, FILIVM & SPIRITVM SANCTVM, tria ingen-
tia dona ac bona, quæ in ea operatur celebrando; eo quod iam mortem suam in vitam
transmutariteam, in se transformando. Primum donum est; *Delicata plaga*, & istud
Spiritui sancto adscribit, & propterea appellat illam *Cauterium*. Secundum est æter-
næ vitæ gustus, & donum istud attribuit Filio, ac idcirco vocat illum *Tactum delicatum*.
Tertium tandem est *Donum*, quo abundè animæ satisfactum est, & hoc Patri adscri-
bit; & propterea appellat illum *Manum blandam*. Et quanquam nominet hoc loco tres
Personas diuinas propter effectuum proprietates; cum vnâ tamen solummodo lo-
quitur *Essentia* dicens: *Mortem in vitam transmūtasti*, vniuersæ enim Personæ diuinæ ope-
ratur in vnum, & vniuersa vni adscribit, & omnia omnibus.

VERSVS I.

O cauterium suauel!

IN Deuteronomij libro ait Moyses Deū
Dominum nostrum ignem esse consu-
mentem: ignem videlicet amoris, qui cum
infinitæ sit virtutis, supra omnē existima-
tionē consumere potest, magnaq; cū vio-
lentiā quidquid attigerit comburendo in
se transformare. Verum tamen vnumquē-
que secundum quod eum repererit aptū,

offero, cum iam iudiciū meum à facie tu^a
egrediarur; hoc est, quando iam prece^s
magni pendis & audis: abrumpe subtilem
huius vitæ telam, vt te cum ea, quam optat
anima mea plenitudine & satietate, absq;
limite & sine ab hinc diligere possim.

SENSVS.

O cauterium suauel!
O delicatam plagam!
O manum blandam! O attactum delicatum
Aeternam qui vitam sapit
Et omne debitum excoluit
Occidendo mortem in vitam transmūtasti.

adurit quosdam plus, quosdam verò mi-
nus, & prætereà tantum quantum ipsi pla-
cet, & qua ratione, & quando ipsi placet,
& cū ipse immensus sit amoris ignis, quā-
do illi placet aliquāto arctius attactu pre-
mere animam; adeo immensus est ardor
ipsius, vt arbitretur anima se super vniuersos
mundi ardores exardescere. Et pro-
pterea *Tactum* istum *Cauterium* appellat; eo
quod in ipso ignis intensior sit magisque
radicatus, & concentratus, vnde & vehe-

Oo mentio-

3.
mizis
rlice

vera
stica

IVT

124

mentioſiorem ardoris producit effectū cauteris ignitis. Cū autem iſte Diuinus ignis transformauerit in ſe animam, non ſolum ſentit ipſa cauterium, ſed tota effecta eſt quoddam cauterium ignis vehementis. Eſtque res proſecto admiratione digna, quod cum diuinus iſte ignis tam ſit vehemens ac conſumens, vt multo cū faciliori negotio mille in nihilū redigeret mūdōs, quam elementaris ignis paleam vnā; non tamen conſumat deſtruatque ſpiritus, in quibus ardet: ſed iuxta virtū ardorisque ipſorum menſuram, illos oblectet & deſicet, ſuauiſſime in ipſis ſecundum vires quas illis contulit ardendo. Quem admodum in actibus Apoſtolorum eueniſſe legimus, vbi cum ignis iſte magna eum vehementia fuiſſet delapſus, adſiſſit diſcipulos qui (vt S. Gregorius ait) ſuauiſſime intus arſerunt, idipſum etiam eſt quod canit Eccleſia. *Aduenit ignis diuinus, non comburens, ſed illuminans; non conſumens, ſed lucens.* Cum enim communicationū iſtarum finis ſit, ſublimare & magnificare animam, non eam cauterium hoc premit; ſed potius dilatat, non illam ſſigit, ſed oblectat, illuminat & ditat, & propterea vocat illud *Suaue*.

44.1.3.

Atque ita ſœlix anima quæ in ſignem hęc fortē adepta eſt vt iſtud obtineat cauteriū, omnia nouit, omnia guſtat, quidquid liber facit & proſperatur, nulluſque coram ea præualeat, aut eam attingit, hęc eſt enim illa anima, de qua Apoſtolus ait. *Spiritualis autem iudicat omnia, & ipſe à nemine iudicatur.* Et alio loco. *Omnia ſcrutatur etiam profunda Dei.* O ingens gloria veſtra animæ quæ ad iſtum ſupremum ignem peruenire dignæ fuiſtis! qui cum infinita virtute ad vos conſumendas & in nihilum redigendas polleat, non vos conſumendo, imenſe vos in gloria conſumat. Nec mirandum eſt, nonnullas animas ad hunc

2. Cor. 2.

15.

1. Cor. 2.

19.

uſque gradum à Deo prouehi, cum ipſe ſolus ſit, qui nonnullis in rebus in ſtupendis effectibus producendis ſingulariſſe eſt. Cū itaque cauterium iſtud ad eō ſuaue ſit, quæ admodum hoc loco explicatum eſt, quæ tantis puram delitijs affluet anima tam potenti igne aduſta? vnde rem hanc cupiens exprimere anima, eam retinet, ſatiſque illi eſt amplificationem eius & exiſtimationem, iſto iudicare dicendi modo. O dicendo. *O delicatam plagam.*

V E R S V S II.

O delicatam plagam.

Vulneri huic ipſemet, qui illud inferre medetur, dumque illud in ſigillat, quæ res ſimilis eſt, aliqua ratione ferro naturali igne ſucceſſo; quod cum vulneri ſuperponitur maius illud efficit, facitque, vt id quod prius erat vulnus ferro vel aliquo alio modo in ſigillat, iā vulnus ignis euadat: quod ſi pluries idem ferrum vulneri ſuperponeret, maius ignis vulnus fieret, donec deſtrueretur ſubiectum. Ad eundem modum, iſtud amoris diuini cauterium vulnus illud amoris, quod animæ intulerat ſanatur, & quoties, unque iterato cauteriū iſtud applicat, maius efficit vulnus. Amoris quippe medicina eſt, re ſauciatam denuo ſauciare, donec tota anima in vulnus amoris conuertatur. Hocque modo, tota iam vnū amoris vulnus eſt facta, tota eſt ſana in amorem transformata & in amore vulnerata. In hoc quippe euentu ille qui magis plagatus eſt, magis eſt ſanus; qui verò totus eſt plagatus, totus eſt omnino ſanus. Nec quia hæc anima tota iam ſit ſauciata, & tota ſana, propterea cauterium munus ſuum quod eſt, amore ſauciare non exercet: ſed tunc iam,

iam, potius delinit & oblectat sanatum vulnus, modo nuper explicato: & preciperea ait. *O delicatam plagam*, quæ tanto tuavior delicioſiorque eſt, quanto à ſublimiori & eminentiori amoris igne effecta eſt. Cùm enim vulnus iſtud Spiritus ſanctus ad animam oblectandam inſixerit; deſideriumque ac voluntas ipſius eam oblectandi ſit ingens; neceſſe etiam eſt vulnus eſſe permagnum, vt anima cui inſigitur, maximoperè delitijs deliniatur. O fortunatum vulnus! illius effectum manu, qui non nouit niſi ſanare. O felix nimium que felix plaga! quandoquidem non ob aliud fuiſti inſicta, niſi vt ſua uitate delitijsque permulceres animam. Ingens vulnus eſt, quia immenſus eſt qui illud inſixit: ingentes quoque ipſius delitiæ; quoniam inſinitus eſt amoris ignis. Ergo delicatâ plagam! & eò ſublimius delicatam, quo intimius animæ centrum, cauterium amoris attingit, quidquid inſammari potuit inſammando, vt quidquid oblectari potuit oblectaret. Cauterium & vulnus iſtud, quantum ego arbitror, eſt ſupremus qui in hoc ſtatu obtineri poteſt gradus. Multi tamen alij reperiuntur modi, qui neque ad hunc perueniunt, nec huic ſunt ſimiles. Hoc enim cauterium à diuinitatis in anima actu, abſque forma, aut aliqua formali aut imaginaria figura promanar.

Alius quoque animam cauterio adredendi modus ſublimiſſimus contingere ſolet, ſi que hoc modo. Euenit, vt dum anima amore iſto ſagrat (quanquam non ita cauteriata ſit, vt eam hic deſcripſimus, licet vt huiusmodi ſit, ad ea quæ iam dicturi ſumus percipienda, plurimum expediat) uenit inquam, vt ſentiat anima, ſe ab aliquo tranſigi Seraphino, ardentiffimo amore inſincto telo tranſuerberante

illam carbone iſto accenſo, vel vt melius dicâ, cauterium ei ſublimi modo inuente flamma illa; tunc verò in iſta cauterij inuſtione, tranſfixa anima celeriter erumpit flamma, & impetu vehementi in ſublime aſurgit (ad eum modum, quo in ardentiffimo clibano, aut fornace, cum mouentur aut vertuntur ligna, efferueſcit flamma, igniſque inardescit) & tunc ſentit anima vulnus iſtud cum voluptate, omnem æſtimationem ponderationemque ſuperante. Nam præterquam quod tota reuoluitur, & commouetur; eo quo commouetur tempore, atque ad ignis ipſius vehementem motionem (in quo igne immenſus eſt amoris ardor, & liquefactio, vulnus perfectum, & herba, qua viuaciter attemperatum fuerat ferrum, efficaciffima) ſentit anima profundum ſpiritus ſui centrum tranſuerberatum, puriſſimamque ac perfectiſſimam delectationem, quæ nullis vt par eſt, verbis exprimi poteſt. Sentit tibi veluti granum ſinapis minutiſſimum, viuaciſſimum, & ardentiffimum, in intimo ſpiritus corde (quod eſt vulneris ſcopus & punctum, in quo ſubſtantia virtusque herbaræ reperitur) indeque per vniuerſas ſpirituales animæ venas, iuxta ardoris vires & efficaciam delicatiſſime derivari & deſtuere percipit, adeoque excreſcere, inualeſcere, ac perfici ſentit amorem, vt in ea ignis maria vniuerſa amore inundantia eſſe videatur. De ijs porrò quibus in hoc ſtatu fruitur anima, nil aliud ſuper eſt dicendum, niſi quod tunc experitur anima, quam rectè comparatum ſit in Euangelio regnum cælorum grano ſinapis, quod ob ingentem, quo præditum eſt calorem, eſt ita exiguum ſit, in magnam excreſcit arborem: *Matth. 13. ſimile eſt regnum cælorum grano ſinapis, quod minimum quidem eſt omnibus ſeminibus: cum*

3.
minis
ruce

era
stica

IVT
29

autem creuerit, maius est omnibus oleis, & sic arbor, ita ut volucres Cœli veniant, & habitent in ramis eius. animaduertit siquidem hic anima, se veluti immensum amoris ignem esse effectam. Pauca animæ huc perueniunt, nonnullæ tamen peruenerunt: illorum præsertim quorum virtus ac spiritus in sibi succedentes filios diffundi debuit, conferente Deo. diuitias ac valorem capiti, iuxta futuram domus seu familiæ in primitiis spiritus successionem.

Sed iam ad Seraphini illius opus reuertamur, quod reuera nihil aliud est, quam sauciare & vulnerare: quare si aliquando effectus aliquis foras ad corporeum sensum prodire permittatur; iuxta quod interius vulnus in fluxit (id est, Seraphin) patitur exterius vulnus; quemadmodum euenit cum sanctum Franciscum Seraphinus plagis insigniuit; nam cum animam ipsius sauciasset amore, vulnere eodem modo foras profiliit. Nul- lum siquidem fauorem præstat Deus corpori, quin primatio eum animæ conferat; tunc verò, quo vehementior fuerit delectatio amorisque vis, qui in interioribus vulnus producit, eo intensior est dolor exterioris plagæ: crescentq; vno, crescit & aliud. Hoc autem isto modo fit, cum istæ animæ repurgatæ sint, ac in Deo fortes, illarum spiritus fortis & sanus, spiritu forti & dulci Dei delectatur, qui tamen ipsorum infirmitati corruptibilique carni, dolorem infert & cruciatum. Vnde res est profus. stupenda, sentire augeri dolorem per dulcedinem. Quod miraculum probè agnouit Iob in suis vulneribus, quando dixit Deo. *Reuersusque mirabiliter me crucias.* Nam reuera ingens prodigium est; resque diuina munificentia ac suauitate, quam abscondit timentibus se, digna, tanto nimirum maiorem gustum & delicias impertiti; quanto aciores dolores ac

cruciatu sustententur. O immensa magnitudo quæ in omnibus tyam prodit omnipotentiam. Quis posset Domine dulcedinem in medijs amaritudinibus producere, in medijs cruciatibus oblectare! *O delicatam plagam.* Quandoquidem tanto suu- uis deliniris, quanto maiora tuum vulnus capit incrementa. Sed quando vulnus animæ soli inferitur, nec exterius communicatur, tunc multo intensius sublimiusq; esse potest: cū enim caro frantum sit spiritus, quando ipsius bona carni communicantur, retrahit ipsa frantum, & pernicis equi huius ora coëctet, ac ingentes ipsius spiritus viuacitatem- que compescit; *Corpus siquidem quod cor- rumpitur, aggrauat animam, & terrena inhabi- tatio deprimit sensum, spiritalem, multa cogitantem.* Proinde qui corporeis sensibus nimis inniti voluerit, non admodum spiri- tualis euadet. Hæc propter eos dico, qui solo vilis abiectione sensus conatu & ope- ratione, se ad spiritus vires sublimitatem- que peruenturos arbitratur. Nō perueni- tur certè illuc nisi quādo corporeus sensus remanet foris. Diuersa tamen res ab ista, cū aliquod sentimentum affectus à spiritu deriuatur in sensum: hæc enim in re pluri- mum spiritus interuenire potest, quem ad- modū in sancto Paulo videre licet, cuius summus dolorum Christi sensus in corpus redundabat, sicut ipse ad Galatas scribens significat dicens: *Ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto.* Vnde qualis est pla- ga & cauterium, talis etiam erit manus, quæ hūc operi, intenta est. Et qualis Ar- tæus, talis qui eum producit. Quam rem subsequenti versu ostendit Anima eum ait. *O manum blandam! O Attactum delicatum!*

VERSVS III.

*O manum blandam!**O attractum delicatum!*

O Manu, quæ cum non minus generosa sis quam potens & opulenta, potenter mihi tribuis dona. *O manum blandam*, tanto anicæ isti blandiorem mollioremque dum eam suaviter attrahis; quanto, si illam aliquo modo premeres grauius, formidabiliorem; totum enim in abyssum præcipitaret orbem; quandoquidem dum respicis terram, facis eam tremere, pauescunt gentes; & conuertuntur montes. Ergo iterum *manum blandam*, quæ sicuti lobo dura fuisti & seuera, eò quod eum tam asperè tetigeris; ita dum eam leniter super animam meam multumque gratiose ac amabiliter demittis, tantò mihi es blandior & suauior, quanto illi fuisti durior, amplius dulciori amore me contrèctans, quam illum rigore tetigisti. Tu enim occidis & viuificas, & non est qui tuas effugiat manus. Sed tu O vita diuina, nunquam occidis, nisi vt viuifices; sicuti nunquam faucias, nisi vt sanes, fauciasti me vt sanares me. *O manus diuina!* maciasti in me, quod me mortuam detinebat absque Dei vita, quâ me nunc viuente conspicio. Hoc autem liberalitate generosæ gratiæ tuæ erga me fecisti, interueniente *Attractu* splendoris gloriæ tuæ, figuræque substantiæ tuæ; qui est vnigenitus Filius tuus, quo tetigisti me; in quo (cum ipse sit Sapiencia tua) à fine vsque ad finem fortiter propter ipsius puritatem attingis. Ergo *Attractus* delicate Verbum Filii Dei, qui ob diuinæ essentiæ tuæ subtilitatem, subtiliter animæ meæ penetras

substantiam, & dum eam delicate molli-terque tangis, totam eam in diuinos suauitatum nunquam in terra Chanaan auditatum, neque in Teman visarum modos absorbes. O igitur multum & inligniter mihi delicate *Attractus* verbi! cum subuersis montibus, petrisque in monte Oreb potentis virtutis que tuæ umbra, quæ te præcedebat; contritis, te sentiendum in sibilo auræ tenuis & delicatæ, Prophetæ tribuisti. O tenuis aura, dic quæso cum tam tremendus sis & potens, qua ratione subtiliter delicate que tangis? O felix & nimium felix anima, quam cum ita metuendus sis & potens, delicate molli-terque tetigeris! Enarra tu ò anima, rem hanc mundo, sed potius file, non enim ipse auram tenuem delicatamque nouit, sed neque tibi aures præbebit, neque enim huiusmodi celsitudines recipere valet. O Deus meus & vita mea! illi te in attractu tuo sentient & videbunt, qui sese extenuauerint, benè sibi consentiente subtili cum subtili; quos tu eo subtilius delicatiusque tangis, quo manens in animæ subtilitate absconditus ipsos ab omnibus creatis rebus, ac earum vestigijs ab alienatos, potentius abscondis in abscondito faciei tuæ à conturbatione hominum. Ergo iterum, & multoties delicate *Attractus*, qui subtilitatis tuæ vi, conlumis animam, eamque ab vniuersis alijs tactibus separas, tibi soli adiudicas, tamque delicatum in ea effectum sensumque tui relinquis, vt cæterarum omnium rerum, siue inferiorum, siue superiorum Tactus, rudes illi spiritiq; videantur; imo ipso eorum aspectu offendatur, graueque illi & permolestum sit de illis agere, aut eos vel leuiter delibare.

Eo res latior capaciorque est, quo fuerit subtilior: & eo magis sui diffusiuæ est; & communicatiua, quo magis fuerit subtilis & delicata. O ergo *Attractus* delicate! qui eo

Oo 3 copio-

Baruch 5: 22.

3. Reg. 19: 13.

Quinam diuina huius manus attractum experientur?

Ps. 30. 22.

mizis
ruceera
sticaVT
24

copiosius te infundis, quo subtilior es. Iam animæ meæ vasculum, propter attractum tuum, simplex est, purum, tuique capax. *O igitur attractus delicate!* in quo cum nihil materiale percipiatur, eò tamen amplius profundiusque tangis animã, ex humana mutando eam in diuinam; quo diuinum tuum esse, quo illã tangis, ab omni modo magis est alienum, & ab omni formarum figurarumque cortice liberum & expeditum. O ergo postremò *Attractus delicate & nimis delicate*, quandoquidem simplicissima purissimaque essentia tua (quæ quoniam infinita est, infinite est subtilis & delicata) tangis animã. Et propterea subiungitur. *Aeternam qui vitam sapit.*

VERSUS IV.

Aeternam qui vitam sapit.

Quamuis non in gradu perfectò & consummato; tandem tamen, est quædam æternæ vitæ prælibatio & sapor (quemadmodum superius dictum est) qui in isto Dei attractu degustatur. Nec rem hanc ita se habere, incredibile est: credendo (sicuti credendum est) *Attractum* istum substantialissimum esse, substantiamque diuinam animæ tangere substantiam ad quem attractum multi sancti in hac vita perueniunt. Vnde delectationis suauitatisque, quæ in attractu isto præcipitur subtilitas nequit verbis explicari: nec ego de ea verba facere vellem, ne existimeretur, nil eam amplius esse, quam id quod verbis effertur: sed neque suppetunt verba, ad res diuinas adeo sublimes, cuiusmodi sunt, quas istæ animæ experiuntur, dilucidandas & nominandas: quarum proprium idioma est, ut ille qui eas percipit, sibi

Multi sancti ad attractum istum diuinum in hac vita perueniunt.

ipsas intelligat, sentiat, ijs fruatur, & sentio inuoluatur. Optime siquidem in hoc statu animaduertit anima, huiusmodi res quodammodo esse instar calculi illius, quem S. Ioannes vincenti dandum dixit: *Vincenti habeo calculum candidum, & in calculo nomen nouum scriptum quod nemo scit, nisi qui accipit.* Vnde hoc solum in veritate dici potest: *Aeternam qui vitam sapit.* Etsi enim attractu isto in hac vita non ea, qua in sempiterna gloria fruamur perfectione; nihilominus tamè attractus iste, cum ipsius Dei sit, æternam sapit redoletque vitam. Atque ita admirabili quodam modo & participatio, ne, vniuersas res diuinas degustat, comunicaturque; illi fortitudo, sapientia & amor, pulchritudo, gratia & bonitas. Cum enim Deus sit hæc omnia, in vno solo ipsius attractu, eminenti quodam modo cuncta hæc degustat. Et ex isto animæ bono non nihil interdum vnctionis spiritus in corpus deriuatur, videturque ossa ipsa penetrare, secundum illud quod David ait: *Omnia ossa mea dicent, Domine quis similis tibi?* Et quoniam, quidquid hac de re dici potest minus est, sat est dicere *Aeternam qui vitam sapit.*

VERSUS V.

Et omne debitum exoluit.

Necessè est hoc loco explicare, quæ sunt debita ista, quæ sibi in hoc statu exoluta sentit anima? Et sciendum est, animas quæ ad Regnum istud perueniunt, multos ut plurimum labores & afflictionesque superasse: nam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum celorum, quæ iam in hoc statu præterierunt. Illi porò qui ad vnionem diuinam perueniunt

CANTVS II. VERSVS V.

uenturi sunt, multiplices afflictiones & tentationes sensus: necnon labores, tribulationes, tentationes, tenebras & angustias spiritus patiuntur, vt hoc modo ambarum partium istarum purgatio perficiatur, secundum ea, quæ in montis Carmeli Ascensu & in Nocte obscura diximus. Istarum autem tribulationum causa est, quia notitiæ & delicie diuinæ nequeunt recte collocari stabilitique in anima, nisi prius sensus & spiritus ipsius optimè fuerint repurgati & attenuati. Et quoniam tribulationes & vitæ asperitates repurgant & extenuant sensum & afflictiones, tentationes, tenebræ, & angustie attenuant & disponunt spiritum; ad obrinendam transformationem in Deum, expedit tribulationes istas pati, & superare (sicut euenit illis, qui enim in altera vita per purgatorij penas visuri sunt) quosdam in intensiori gradu, quosdam verò in remissioni: quosdam breuiori, quosdam verò diuturniori tempore, secundum vniuersi gradus, ad quos voluerit eos Deus prouehere; & secundum id, quod ipsi repurgandū habuerint. Per tribulationes istas quibus exercet Deus animam & sensum, acquirit ipsa per amaritudinem virtutes, fortitudinem ac perfectionem. Nam virtus in infirmitate perficitur, vt inquit Apostolus & afflictionum passionumq; exercitio excolitur; neque enim ferrum artificis ideæ deseriuit potest, nisi ignis malleiq; interuentu, quod non sine ferri detrimento, quantum ad id quod prius erat, fieri potest. Hoc enim modo se à Deo edoctum fuisse ait Ieremias: *De excelsis misit ignem in ossibus meis, & erudiuit me.* De malleo quoque ait, *Cassidissime, Domine, & eruditus sum.* Quam obrem Ecclesiast, dicit, *Qui non est tentatus quid scit?*

Obseruare hoc loco acuratè oportet, cur adeò exiguus sit eorum numerus, qui

ad tam sublimem statum perueniant? Huius rei hæc est ratio, quia in tam sublimi excelsoque quod deus auspiciatur opere, multi debiles sunt & infirmi, qui confestim fugiunt laborem, nec vel minimam sustinere desolationem mortificationemque volunt, neque solida cum patientia operari. Hinc est, quod cum non reperiatur eos in suscipiendo beneficio, quod illis, eos excolendo, impendebat fortes ac constantes in repurgandis illis, & è puluere terræ subleuandis minimè progrediatur, ad quam rem maior fortitudo & cōstantia requirebatur. Vnde hominibus istis, qui minora sufferre recusant, neque se lubdere ad ea sustinenda volunt, illud Ieremias dici potest. *Si cum pedibus currens laborasti, quomodo contendere poteris cum equo cum autem in terra pacis securus fueris, quid facies in superbia Iordanis?* Quod perinde est ac si dixisset, si tu in tribulationibus, quæ ordinario & humano cursu eueniunt omnibus viuentibus, adeo parco breuique passu gradiebaris, vt tibi currendum esset, magnamque te afflictionem ac laborem subire arbitraberis; qua ratione equi passus assequi poteris? quod nihil aliud est, quam vulgariū ceterisque hominibus communium tribulationum metas transilire, aliasque vehementiores, ac velociores subire? Et si tu nolueris inferre bellum paci, gustibusque terræ tuæ; id est sensualitati tuæ, sed pacem consolationemque ipsius peroptas, quid facies in superbia Iordanis? hoc est, qua ratione præcipites vehementesq; tribulationum & laborum spiritus aquas, quæ interiores sunt, sustinebis? O animæ, quæ tutæ & consolatæ viuere optatis? si agnosceretis, quam expediat vobis afflictiones sustinere, vt ad istum peruenire statum possitis; quantæque sit utilitatis, passionum.

coram nobis
merus qui
ad ita sublimem perueniunt statum?

Ierem. 22. 5

Pulchrum ad afflictiones tolerandas adhibere.

minis
ruce

era
stica

III
124

tionum tolerantia, & mortificatio ad obtinenda tam sublimia bona: nullo modo in quapiam re consolationem quaereretis: quin potius crucem felle acetoque puro delibutam portaretis, magis que id ad scriberetis felicitati considerando, quod isto modo, mundo, & vobis ipsis emoriendo, Deo in spiritus delicijs viueretis; & æquanimiter exteriora sustinendo, mereremini, vt Deus conijceret in vos oculos, ad vos emundandas & interius à tribulationibus spiritualibus repurgandas. Multa quippe obsequia Deo præstitisse necesse est, multamque habuisse patientiam & constantiam ac Deo placitam duxisse vitam eos, quibus huiusmodi gratiam collaturus est. Vnde Angelus Sancto Tobie dixit. Quod quia acceptus erat Deo; ideo gratiam illam consecutus fuisset, vt tribulatione affligeretur. *Et quia acceptus eras Deo, necess. fuit vt tentatio probaret te, vt eum amplius probaret, præstantioresque illi impenderet fauores. Et sic (ait scriptura) post tribulationes superatas residuum vitæ suæ cum in gaudio exegisse. Idem videre licet in Iobo, quem postea quam in præsentia bonorum malorumque spirituum in seruum suum acceptasset: confestim hanc illi præstitit gratiam, vt duras illas immitteret ei tribulationes, vt postmodum illum sublimaret: quem admodum & fecit, multo eum amplius quam antea, spiritualiter temporaliterque exaltado. Hoc modo se gerit Deus cum ijs, quos secundum meliorationem magis principalem, præ alijs euehere cupit: permittit illos nimirum interius exteriusque tentari, affligi, cruciari, & repurgari; idque in supremo quo fieri potest gradu, vt illos, conferendo eis cum sua sapientia vnionem, Deificet; qui est sublimissimus omnium status: prius tamen eos hac ipsa repurgando sapientiâ, secundum quod ob-*

seruauit David dicens: sapientiam Domini, argentum esse igne examinatum, in terra carnis nostræ probatum & purgatum. Nec est cur diutius immoremur, explicando qua ratione quælibet istarum purgationum fiat, vt ad istam diuinam sapientiâ possit perueniri: quæ in hoc mortalitatis vitæ statu est velut argentum: quod licet defæcatissimum sit, nunquam ad pretiosissimi auri perfectionem perueniet, quod pro statu gloriæ reseruat.

Quapropter non mediocriter expedit animæ, tribulationes istas, exteriores quoque & interiores, spirituales & corporales, maiores & minores afflictiones, magna cum constantia & patientia sustinere. Vniuersas eas veluti de manu Dei ad utilitatem remediumque suum permissas acceptando, nec eas declinando, cum lint sanitas animæ, quem admodum consolatur Sapiens dicens. *Si spiritus potestatem habuerit ascendit super te, locum tuum ne dimiserit (hoc est locum situmque cordis tui, qui est tribulatio illa) quia curatio faciet te esse peccata maxima: id est peccatorum imperfectiorumque tuarum filium (quod est consuetudo praua) ne vltius respans præscindet. Vnde interiores angustia & afflictiones, prauos imperfectosque animæ habitus extinguunt & repurgant. Quam ob causam magni beneficii imitari reputare debet, quos Dominus interioribus illi afflictiones immiserit; recogitando, exiguum esse illorum numerum qui isto sine pati promerentur, vt tam excelsum consequantur statum, ac est, per passiones & afflictiones consummari.*

Cum itaque venit hoc loco in mentem animæ, cumulatè sibi hic omnes prædictos persolui labores (quando quidem iam: *Sicut tenebra eius, ita & lumen eius*) & quod sicut particeps fuit tribulationum, ita nunc est consolationum: omnes præterea

interiores exterioresque afflictiones bonis diuinis copiosissimè remuneratas sibi esse, ita vt nullam fuerit passa tribulationem; cui non ingens præmium correspondeat: palam fatetur in hoc versu, abundè sibi satisfactum esse, dicens:

Et omne debitum exoluit.

Sicut etiam Dauid hoc suo versu canit dicens. *Quantas offendisti mihi tribulationes multas & malas, & conuersus uiuificasti me: & de abyssu terra iterum reduxisti me: Multiplicasti magnificentiam tuam, & conuersus consolatus es me.* Atque hoc modo anima ista, quæ prius extra portas Palatii Dei morabatur (velut Mardocheus in plateis Susana vitæ suæ discrimen deplorans cilicio indutus, nec vestem à Regina Esther sibi transmissam admittens, nulloque propter obsequia Regi præstita, & fide in honore & vita Regia tuenda egregiè probatam præmio insignitus) prætituta die omnium suorum obsequiorum ac afflictionum remunerationem accipit, neque permittitur duntaxat interiora Palatii subire, vestibisque Regiis induta præstans Regi adstare, sed etiam imponitur capiti eius diadema, & tanquam alteri Esther confertur Regni possessio, vt quidquid voluerit, in sui sponsi faciat regno. Quidquid enim homines status istius voluerint obtinent, vniuersumque debitum, abunde est illis persolutum, extirpatisiam & interfectis appetituum suorum inimicis, qui vita eos priuare moliebantur, etiam in Deo viuendo. Propterea quippe cor festim subiungit anima.

Occidendo mortem in vitam transmutasti.

VERSVS VI.

Occidendo mortem in vitam transmutasti.

Mors nihil aliud est, quam vitæ priuatio: statim enim ac aduenit vita, nullum quantum ad spiritualia spectat, mortis superest vestigium. In duplici differentia vita reperitur, quarum vna Beatifica est, quæ in Deo videndo est sita: & hanc naturalis & corporea mors præcedere debet, sicut Sanctus Paulus ait. *Simus enim quoniam si terrestri domus nostra, huius habitationis dissoluatur, quod ædificationem ex Deo habemus, domum non mansuetam æternam in celis.* Alia est vita spiritualis perfecta, quæ nil aliud est, quam Dei per vnionem amoris possessio: hæc autem vita, vitiorum omnium & appetituum mortificatione obtinetur. Et quousque hoc fiat, non potest ad vitæ istius spiritualis vnionis cum Deo perfectionem perueniri: quemadmodum etiam Sanctus Paulus his verbis asserit. *Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini; si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.* Vnde obseruandum est id, quod hoc loco mortem appellat anima, veterem esse hominem, vsum videlicet Potentiarum, Memoriarum, Intellectus, & Voluntatis circa sæculi res occupatarum, necnon appetituum vsum, creaturarum delectationibus deditorum. Quæ vniuersa vitæ veteris (quæ est nouæ vitæ, scilicet spiritualis interitus) exercitatio sunt, qua nequaquam viuere valebit perfectè anima, nisi etiam veteri homini perfectè moriatur, sicut Apostolus admonet dicens: *Expoliantes vos veterem*

Pp seram

minis
ruce

era
stica

III
24

Duplex
vita reperi-
tur, Beati-
fica &
spiritualis
perfecta.
2. Cor. 5. 2.

Quid sit
vita spiri-
tualis per-
fecta?

Rom. 8. 13.

Quid sit
veteris ho-
minis

Eph. 4. 22
& ad Cor.
10. 3. 5.

rem, hominem & induentes nouum, qui secundum DEVM creatus est in iustitia & sanctitate. In qua vita noua, quando vnionis cum Deo perfectionem attingit (vt de ea hic loquimur) vniuersi animæ affectus, potentiaque ac operationes ex se imperfectæ & viles, efficiuntur propè diuinæ. Quoniã autem (vt Philolophi docent) omne viuens, operatione sua viuunt: cum anima operationes suas propter vnionem, quam cum Deo habet in Deo habeat, Dei vita viuunt, morsque ipsius in vitam transmutata est. Intellectus namque, qui ante vnionem istam parce cognoscebat; iam ab alio principio superiorisq; ordinis Dei videlicet lumine mouetur & informatur. Voluntas quoque, quæ tepide & remisse prius diligebat, iam nunc in vitam diuini amoris transmutata est; sublimiter enim affectu amoris diuini amat, à Spiritu sancto in quo iam viuunt mora. Sed & memoria, quæ solas creaturarum formas figuraque ex se percipiebat, est etiam mutata, vt in mente habeat annos æternos. Appetitus etiam, qui antea creaturarum pascui inhiabat, nunc oblectatur cibo diuino, ab alio iam principio excitatus (in quo nobilius viuaciusque omnes suauitates reperiuntur) quod est suauitas diuina. Et tandem vniuersi motus & operationes, quas antea habebat anima, à vitæ suæ naturalis & imperfectæ principio; in vnione ista iam sunt in motus diuinos permutatæ. Siquidem iam anima, sicuti vera DEI filia à Spiritu DEI mouetur, quem admodum ait S. Paulus. *Quicumque enim*

Rom. 8. 14 Spiritu Dei aguntur, ipsi sunt filij Dei. Substantia autem animæ, quanquam Dei substantia non sit, nequit enim in ipsum conuerti, sed cum illi sit vnita, in ipsumque absorpta, Deus est per participationem.

vitæ spiritualis, licet non cum ea, qua in futura vitæ perfectione. Et hoc modo rectè dicit:

Occidendo mortem in vitam transmutasti. Vnde iure merito potest hic dicere anima cum S. Paulo. *Viuo autem iam non ego, viuo in me CHRISTVS.* Et ita id quod mortuum frigidumque huius animæ est, in vitam transmutatur diuinam, absorpta anima in vitam; vt verificetur in ea Apostoli dictum, *absorpta est mors in victoriam.* Et illud Osæ: *Ero mors tua o mors,* dicit Dominus.

Hoc pacto anima, in vitam absorpta, ab omnique eo quod seculare est & temporaneum abalienata; à naturalibus in superdeordinatis libera & expedita, in Cellaria Regis introducit, vbi letatur & exultat in suo dilecto, memor vberum eius super vinum, & dicens, *Nigra sum sed formosa, filia Hierusalem:* natiua siquidem mea nigredo in cælestis Regis transijt pulchritudinem.

Oigitur cauterium ignis quod super omnes ignes infinite vrts, & quo me magis aduris, dulcius iucundiusq; mihi est. O delicatam plagam! suauiorè deliciofiorèque mihi, præ omni mundi salute & delictijs. O manum blandam, blanditates teneritudinesque omnes in immensum excedentem tantò mihi blandiorem mollioremq; quantò me illa arctius premis. O attactum delicatum cuius deliciofitas vniuersarum creaturarum subtilitates ac pulchritudines subtilitate ac elegantia infinito excessu vincit: dulciorque est melle & fauo; quandoquidem vitam æternam sapit: quam eo mihi affluentius prægustandam præbes, quo me intimitas tangis; auro denique lapidibusque pretiosis infinite pretiosiorè; siquidem ea exoluis debita, quæ vniuersis rebus alijs perfolui non possent; tu enim mortem in vitam stupendo plane modo permutas.

CANTVS II. VERSVS VI.

In hoc tam perfectæ vitæ statu, semper anima veluti festiua incedit & iucunda, ac ingenti quodam perficitur Dei iubilo, & veluti nouum quoddam semper percipit canticum, lætitiâ, amore, ac excelsi status sui notitiâ permixtum; Et interdum exultans in illa lob verba in spiritu suo prorumpit. *Gloria mea semper inuouabitur, & sicut palma multiplicabit dies.* id est, non permittet *Dav*s veterascere, sicut prius gloriam meam: & ipse dies meos multiplicabit (hoc est merita mea vsque ad cælum) sicut palma germina sua. Quidquid tandem Psalmo 29. dicit Dauid, cantat ipsa intra se Deo, præsertim verò duos illos postremos versus scilicet: *Conuertisti*

placitum meum in gaudium mihi, concidisti secum meum, & circumdediti me lætitiâ: vt cantes tibi gloria mea & non compungar (in hoc enim statu nullus illam attingit dolor) *Domine Deus meus in æternum confitebor tibi.* Experitur namque hic anima, tam sollicitum Deum in se delicijs demulcenda, adeoque pretiosis, delicatis ac euisceratis se verbis magnificari ac sublimari sentit; iamque vnum, iam alium ab eo recipere fauorem; vt videatur illi, nullam aliam in mundo superesse animam, cui blandiatur, & quâ oblectet, nec aliqua alia re occupari, sed totum illum esse pro illa sola. Et sic ipsa rem hanc in Canticis fateatur dicens: *Dilectus meus mihi & ego illi.*

Car. 2. 16

CANTVS TERTIVS.

CANCION III.

SENSVS.

*O Lamparas de fuego!
En cuyos resplandores
Las profundas cavernas del sentido,
Que estaua escuro, y ciego,
Con estranos primores
Calor, y luz dan junto a su Querido.*

*O Lampades ignita
In quarum fulgoribus
Profunda sensus cauerne
Obscure prius ac cæci,
In consuetis excellentijs
Calorem lucemque simul suo præbent dilecto.*

EXPLICATIO.

Summè nobis est hic necessarius fauor diuinus, ad Cantus huius profunditatem explicandam, magnaque requiritur Lectoris attentio: nisi enim rerum istarum experimentum habeat, non mediocriter obscura, illi erunt ea de quibus in Cantu isto differitur: sicut è contra, si ista experientia sibi sunt comperta, manifesta illi erunt & iucunda.

In Cantu isto intimas refert gratias anima Sponso suo, pro ingentibus donis, quæ per vnionem cum eo consecuta est: præsertim quia vnione ista mediante, multas sublimissimasque sui ipsius notitias contulit illi, quibus illuminatæ, amoreque inflammatæ ipsius potentia, & sensus, qui ante vnionem hanc obscurus erat & cæcus; Amoris calore ad correspondendum dilecto illustratur, quod & faciunt, eandem ipsam lucem & amorem ei qui eas adeo, diuinorum donorum infusione, amore inflammavit offerendo. Verus siquidem amans, tunc contentus satisfactusque est, cum quidquid est, & valet, & valere potest, & quidquid habet & habere potest, impendit dilecto, & quo istud maius ac præstantius est, eò libentius illud tribuit.

Veri amā
iū proprie
tate.

Pp 2

VER.

minis
ruce

era
stica

III

20

VERSUS I.

O Lampades ignita!

*Dua sunt
Lampadū
proprietates,
lucere
videlicet
& ardere.*

Supposito primo loco duas esse Lampadum proprietates: Lucere videlicet & ardere; ad versum istum intelligendum, sciendum est, Deum in sua vnica & simplici essentia, omnes attributorum suorum virtutes esse & excellentias. Est namque omnipotens, est sapiens, est bonus, est misericors, est iustus, est fortis, est suavis & amabilis: est denique cætera attributa & virtutes, quas de ipso in hac vita non cognoscimus. Et cum ipse sit hæc omnia; quando vnus est animæ, & placet illi, seipsum singularissimâ ei manifestare notitiâ, animaduertit ipsa, & quantum patitur fides, perfectè profundeque virtutes istas, & excellentias omnes in vnica & simplici essentia agnoscit. Et cum quælibet earum, sit ipsum esse Dei, quod est, PATER, FILIVS, & SPIRITVS SANCTVS, cumque vnum quodque attributorum istorum sit ipsemet Deus, & Deus infinita lux sit, & immensus ignis diuinus (vt superius dictum est) hinc est, quod secundum quodlibet attributorum istorum luceat & ardeat tanquam verus Deus. Atque ita secundum notitias istas, quas ibi de Deo habet anima in vnitate cognitas est animæ, ipsemet Deus, lampades multæ, siquidem vnus cuiusque notitiam habet, & quælibet illarum, amoris calorem suo modo præbet illi, & omnes illæ in vna sunt simplici essentia, omnesque sunt lampas vna; quæ lampas est omnes istæ lampades, lucet enim & ardet omnibus modis. Quam rem cum cognoscit anima hæc sola lampas, est illi multæ lam-

*Attributa
diuina sūt
lampades
ignita.*

*Deus est anima
lampades multæ.*

pades; licet enim ipsa vna sit, omnia potest, & vniuersas continet virtutes, & omnes colligit spiritus. Et sic dicere possumus multifariam lucere illam & ardere, in modo vno: lucet enim & ardet vt omnipotens, & lucet & ardet vt sapiens, & lucet & ardet vt bonus &c. intelligentiam & amorem conferendo animæ, seque illi (quantum capax est) secundum omnes illas manifestando. Nam splendor, quem illi lampas præbet, in quantum est omnipotentia, efficit in anima lucem caloremque diuini amoris quatenus est omnipotens: & secundum hoc, iam Deus est illi lampas omnipotentia, lucens & ardens, secundum istud attributum. Splendor quoque, quem præbet illi lampas ista in quantum est sapientia, producit in ea amoris diuini calorem, quatenus sapiens est, & eodem modo de reliquis attributis Philosophandum est: lux etenim quam vnus cuiusque attributorum istorum & cæterorum omnium confert illi Deus, producit simul in anima diuini amoris calorem, in quantum talis est, atque ita in sublimi communicatione ista, & prælibatione (quæ, vt ego arbitror, est ex supremis, quæ ei in hac vita præstare potest) est illi Deus innumerae lampades, lucem & amorem ei præbentes. Lampades istæ in monte Sinai Mosis ostensæ sunt, vbi celeriter coram eo transiente Deo, festinus procidit in terram, & quasdam ex illis, quas in eo intuirus est, protulit excellentias, & secundum illa quæ viderat ardentem eum amando, ea hisce verbis distinctè deprompsit. *Domine Deus misericors & clemens, pateriens & multa miserationum, ac verax, qui custodis misericordiam in millia, qui auferis iniquitatem & scelera atque peccata: nullusque apud te per se innocens est.* Ex quibus constat, præstantiora quæ ibi agnouit & dilexit Moyses attributa.

attributa & virtutes; fuisse omnipotentiam, dominium, & misericordiam, iustitiam Dei que veritatem; quæ certe sublimissima fuit cognitio, & excelssima amoris delectatio.

Vnde obseruandum est I. delectationem raptumque amoris, quem in igne lucis lampadum istarum suscipit anima, immensum esse, & prorsus admirabilem, adeoque copiosum ac esse oportet, à multis ortum lampadibus, quarum quælibet vrit amore, vnius ardore ad alterius ardorem; & vnius flammâ, ad alterius flammam conferente; sicuti etiam vnius lux, alterius promouet lucem; vniuersæque vna lux, & vnus ignis effectus, & quælibet ignis vnus.

1. Animam in subtiles & delicatas flammâs infinite absorptam; & in vnaquaque illarum subtiliter fauciatam, & in omnibus illis amplius plagatam, subtiliusque in amore vitæ vulneratam, oprime animaduertere amorem illum, vitam esse sempiternam, quæ est honorum omnium aggregatio: dicti etiam illius Sponsi in Canticis veritatem agnoscere nimirum, *Lampades enim, lampades ignis at que flammarum.* Si enim vna sola istarum lampas quæ coram Abrahamo transijt non mediocrem illi incussit horrorem, Deo per quandam rigidæ iustitiæ, qua cum Cananeis erat vlurus, notitiam transeunte: quanto plus lucis delectationis amorisque vniuersæ istæ notitiarum Dei lampades, quæ hinc tam amicabiliter amabiliterque fulgent, producent, quam, sola illa tenebrarum horroresque Abrahamo ingesserit.

Quanta, quamque præstans, & quot modorum erit lux & voluptas tua! (ò anima) quandoquidem in omnibus, & ex omnibus istis, sentis tibi gaudium amoremque ipsius ab eo communicari, dum te secundum virtutes suas, & attributa proprietatesque diligit. Ille enim qui dili-

git alium, eique benefacit, secundum conditionem suam ac suas proprietates, honorat illum, & ei benefacit. Eodem modo sponsus tuus in te; cum sit omnipotens, confert tibi dona, & te amat cum omnipotentia; & cum sapiens sit, percipis te amari cum sapientia, cum sit ipse bonus, sentis te amari cum bonitate, cum sit sanctus, sentis te cum sanctitate amari, & sic in alijs: Cumque ipse liberalis sit, sentis etiam eum te liberaliter, absque alicuius commodi intuitu, sed duntaxat vt tibi benefaciat amantem hilariterque faciem istam suam gratiarum plenam ostendentem ac dicentem tibi. *Tuus sum ego, & pro te, & placeat mihi, quod talis sim quali ego sum, vt me tibi dem & sim tuus.* Quis igitur ò fortunata anima verbis assequetur id, quod tu sentis; videndo te hoc modo dilectam ac cum tanta æstimatione sublimatam: & exaltatam! ventrem tuum qui est voluntas tua, dicemus esse sicut aceruum tritici obtectum & vallatum lilijs; nam in istis panis vitæ granis, quæ tu coniunctim degustas, virtutum lilia, quæ circumdant te, delicijs te demulcent. Istæ enim regis fillæ, quæ sunt virtutes specierum suarum aromaticarum fragrantia (quæ species, notitiæ sunt quas tribuit tibi) stupendo modo te oblectant, & ipsis tu tantopere es immersa & perfusa, vt etiam sis puteus aquarum viuientium, quæ fluunt impetu de monte Libano, qui est Deus; in quo tu secundum vniuersam animæ tuæ hârmONIam mirum in modum lætificaris; vt etiam impleatur in te illud Psalmistæ effatum *Pf. 45. 5.* *Ignis iamm padu istarum est etiam fons aqua viu-*

ð rem plans mirabile quod tempore isto eructet anima aquas divinas, quodque erumpant ex ea, velut ex quodam copioso fonte, qui vitam respicit sempiternam. Licet enim verum sit communicationem istam, lucem esse, & istarum Dei lampadum

minis
luce

era
stica

III
20

dum ignem, est tamen ignis iste hoc loco ita suavis, ut quamvis sit immensus, sit tamen instar aquarum vitæ, quæ satiant, & cum eo impetu ac plenitudine quam spiritus desiderat sitim sedant. Atque ita, quamvis sint lampades ignis, sunt nihilominus aquæ spiritus vitæ. Sicut etiam aquæ illæ, quæ super Apostolos descendunt, etiam si lampades essent ignis, erant etiam purissimæ & limpidissimæ aquæ (Ita enim appellavit illas Ezechiel Propheta, quando aduentum illum Spiritus sancti prædixit dicens: *Et effundam super vos aquam mundam: & spiritum meum ponam in medio vestri.* Eodem modo communicatio ista quamvis ignis sit, est etiam aqua: fuit enim sacrificij igne, quem abscondit Hieremias figuratus, qui quamdiu latuit aqua erat; quando verò exterius inseruiebat sacrificio, erat ignis. Et eodem modo spiritus iste divinus, quatenus in venis animæ est absconditus, est velut aqua sua-vis ac delectabilis, spiritus sitim extinguens: quatenus vero in sacrificio amandi exercetur, est viva ignis flamma & ista sunt actus dilectionis lampades de quibus loquitur in Canticis, Sponsam dicebamus dum ait. *Lampades eius, lampades ignis atque flammarum;* quas hoc loco sic appellat anima; quia non solum illas in se, tanquam sapientiæ aquas; sed etiam tanquam amoris ignem in actu amoris degustat dicens:

O Lampades ignita!

Et quicquid tandem in isto passu dici potest, minus est eo, quod reuera est, sed si consideretur, animam istam in Deum esse transformatam: aliqua ratione intelligi poterit, qualiter in rei veritate esse & sit fons aquarum viventium, in igne amoris qui Deus est, ardentium & abulientium,

VERSUS II.

In quarum fulgoribus.

IAm expl'caui fulgores istos, communicationes esse diuinarum istarum lampadum, in quibus vnica anima potentij suis; memoria scilicet, intellectu & voluntate iam illustratis, & in notitijs suis amabilibus vnitis, fulget & splendet. Quod hoc modo accipiendum est, nihil. Quod hanc fulgorum seu splendorum illustrationem, nõ esse illius instar, quam materialis flamma producit, cum flammigerationibus suis, res quæ sunt extra illam, illuminat & calefacit; sed esse veluti illam, quæ res intra se manentes illustrat & accendit, & hoc modo se anima in hoc statu habet & propterea ait:

In quarum fulgoribus.

Quod idem est ac dicere; intra, non prope, intra ipsarum splendor, in ipsis lampadum flammis, anima in flammam transformata ipso, vnde simile meam dicemus, aëri intra flammam manenti accenso & in ignem transformato; flamma quippe nil aliud est, quam inflammatus aër; motus autem quibus flamma illa mouetur, nec solius sunt aëris, nec solius ignis, sed aëris simul & ignis, ignis verò aërem, quem in se inflammatum continet, ardeat facit. Ad eundem modum & formam, intelligemus; Animam cum suis potentij, intra splendoris diuinos illustratam esse, motus quoque flammæ istius, qui sunt euibrationes & eiaculationes flammæ (vti diximus) nec à sola fieri anima, quæ in Spiritu sancti flammam est transformata, neque à solo illo; sed ab ipso & anima

anima simul, mouente eò animam, sicut ignis inflammatum aërem mouet. Et sic motus isti Deo & animæ communes, sunt veluti Dei glorificationes, quibus animam beat. Vibrationes enim istæ & motiones, lusus sunt & iucunda festa, quæ in secundo Primi Cantus Versu Spiritum sanctum exercere, & celebrare in anima dicebamus, in quibus videtur semper illi velle vitam sempiternam perfectè conferre. Et ita motiones illæ, flammæque eiaculationes, quasi prouocationes sunt & irritamenta, quibus stimulat animam, vt finiat transfere illam ad perfectam suam gloriam, serid iam illam in seipsum introducendo. Ad eum prorsus modum, quo ignis vniuersos motus & agitationes, quas in aëre, quem intra se inflammatum continet efficit, eò dirigit vt illum ad suæ spheræ celsitudinem euehat: omnesque illæ vibrationes eò tendunt, vt quanto citius illum sursum abripiant: sed quoniam aër in sua propria versatur spherâ, idcirco conatus ignis irritus est. Vnde etiam si motus isti Spiritus sancti, ardentissimi potentissimique sint ad animam, ad multam gloriam absorbendam nihilominus res hæc non perficitur, donec adueniat tempus, in quo ex spherâ aëris vitæ huius mortalis egrediatur, possitque spiritus sui centrum, vitæ perfectæ in Christo introire. Apparitiones istæ seu demonstrationes gloriæ in Deo, quæ dantur hîc animæ, frequentiores sunt, quam esse solebant & perfectiores ac magis stabiles; in futura vero vita perfectissimæ erunt, nullique alterationi maioris vel minoris visionis obnoxia, & absque vlla moruum vicissitudine aut interstitio. Tuncque manifestè cernet anima, quomodo, licet illi hîc videretur in illa moueri Deum, in seipso tamen minime moueatur: sicut & ignis in sua spherâ

non mouetur. Porro fulgores, seu splendores isti inæstimabiles sunt gratiæ & fauores, quos Deus exhibet animæ, qui alio nomine obumbrationes dicuntur. Istæ autem in hoc statu (meo iudicio) ex maioribus sunt sublimioribusque quæ in hac vita in via transformationis esse possunt.

Pro cuius rei intelligentia, animaduertendum est; obumbrationem vmbre effectiōnem significare: obumbrare autem, idem esse quod protegere & fauoribus cumulare; confestim enim, ac attingit vmbra, signum est, personam cuius est vmbra, propè esse ad fauendum & protegendum. Et idcirco Virgini Sacratissimæ dictum fuit, altissimi virtutem illi obumbraturam; adeo quippe propè eam accessurus erat Spiritus sanctus, vt superueniret illi.

Obseruandum autem est, vnamquamque rem habere & efficere vmbra, iuxta proprietatem figuramque suam, si res spissa est & opaca; obscuram spissamque reddet vmbra: si rarior fuerit & lucidior, vmbra quoque; efficiet clariorem: quemadmodum videre est in ligno & crystallo, quorum vnum quia opacum est reddit vmbra obscuram; quia verò aliud pellucidum efficit eam claram. Eodem etiam modo in spiritualibus euenit rebus; mors, est rerum omnium priuatio, vmbra igitur mortis, erunt tenebræ quæ etiam aliqua ratione omnibus rebus priuant. Ita appellat illam Psalmographus dicens: *Sedentes in tenebrâ & vmbra mortis*; siue illæ spirituales sint, spiritualis mortis, siue corporeæ, corporalis mortis. Vmbra etiam vitæ, lux erit: si vmbra fuerit diuina, lux erit diuina; si humana, lux erit naturalis. Atque ita pulchritudinis vmbra, erit velut alia pulchritudo, secundum formâ & proprietatē pulchritudinis illius

*Splendores
isti alio
nomine
obumbrationes
dicuntur.*

*Quidnam
sit obumbratio.*

Luc. 35.

Ps. 106. 10.

in
ruce

era
stica

III
20

Op
my

illius, cuius est umbra. Et fortitudinis umbra erit sicut alia fortitudo, iuxta figuram & proprietatem ipsius. Umbra etiam sapientiae, altera erit sapientia: vel ut melius dicam, etis ipsamet pulchritudo, ipsamet fortitudo, ipsa sapientia in umbra, in qua cognoscitur eius rei forma & proprietas, cuius est umbra. His suppositis, qualis obscuro erit umbra, quam Spiritus sanctus facit animae, omnibus virtutum attributorumque suorum magnificentis? praesertim tam prope illam manendo, ut non qualitercunque tangat illam in umbra, sed maneat unitus in umbra, cum ipsa intelligente & degustante formam & proprietates Dei in umbra Dei? hoc est, intelligente & degustante, diuinæ potentiae proprietatem in omnipotentiae umbra, & intelligendo ac degustando sapientiam diuinam, in umbra diuinæ sapientiae: & denique gloriam Dei degustando, in umbra gloriae, quæ cognoscere & degustare facit proprietatem & formam gloriae Dei; & hæc omnia in lucidis & accensis transeunt gerunturque vmbis: quando quidem Dei attributa, eiusque virtutes, lampades sunt, quæ cum splendentes sint & accensæ: secundum formam proprietatemque suam, splendentes & accensæ, & plurimas in vna sola essentia vmbas efficere debent. O quid erit, videre hic animam experimentum capientem virtutis, figuræ illius, quæ Ezechiel in illo quatuor formarum & figurarum animali, & in illa quatuor rotarum rota conspexit! intuentem inquam, earum aspectum lampadum & aspicientem rotam, quæ est sapientia, plenam oculis intus & foris, quæ sunt admirabiles sapientiae, notitiæ, audientem etiam sonitum, quem incedendo faciebant, qui erat sonitus, quasi multitudinis exercituum, qui significat multas res in vnum conglobatas (quas hic anima in vno solo Dei,

per eam vnico passu transeuntis sonitu, cognoscit) & tandem sonitum illum, quem alas suas concutiendo edebant, degustantem, quem Propheta ait, velut sonitum aquarum multarum fuisse, & velut sonitum altissimi Dei: quæ omnia impetuum aquarum diuinarum significant, ad quarum defluxum Spiritus sanctus in amoris flammâ transeuerberat animam, fruiturque hic anima Dei gloria in sua protectione, & fauore vmbæ ipsius, sicut etiam dicit ibi Propheta visionem illam, gloriae Domini similitudinem fuisse. *Uisio similitudinis gloria Domini.* O quam sublimata est hæc forlax ista anima! O quam magnificentis! Quanta admiratione tenetur rerum earum, quas intra limites huius conspicit, quis digne verbis assequi poterit? cum quanta in super abundantia quæ diuinorum istorum splendorum immerfa, vbi Pater æternus larga & liberali manu, irriguum superius & inferius concedit: siquidem dum aquæ istæ irrigant animam, corpus etiam penetrant.

O certè rem admirabilem, quod cum istæ attributorum diuinorum lampades, sint vna simplex essentia: in ipsa tamen concipiatur & cognoscatur lampadum istarum distinctio, videaturque quilibet earum ita accensa, sicut alia, quamuis vna substantialiter sit alia! O deliciarum abyssi: tanto affluentior copiosiorque quanto diuinitate tua in vnitatem & simplicitate infinita, magis sunt collectæ. Vbi rariore cognoscitur & degustatur vnum; ut non impediatur cognitio, & suauitas altitius: imo quælibet res in te lux est, quæ non impedit aliam: Et propter puritatem & claritatem tuam: o sapientia diuina! multa cognoscuntur in te in vno: tu es enim thesaurorum æterni Patris depositum.

(†)



VERSUS III.

Profunda sensus cauerna.

§. 1.

Ista cauerna potentia sunt animae: memoria nimirum, intellectus & voluntas: quae tam sunt profundae, quam ingenium bonorum capaces; siquidem non expletur, nisi infinito: ex eo etiam quod dum sunt vacuae patiuntur, aliquo modo conijcimus, quantum latentur & delicijs affluant, quando Deo suo sunt plenae cum per vnum contrarium cognoscatur aliud. Obseruandum est in primis; istas potentiarum cauernas, quando ab omni creaturarum amore repurgatae & emundatae non sunt, nequaquam ingens profundae capacitatis suae vacuum sentire. Nam quaelibet minima res, quae illis adhaereat, satis est in hac vita ad illas implicandas, & velut stupidas efficiendas, vt damnus suum non sentiant, neque immensorum bonorum suorum defectum seu iacturam animaduertant, suamque agnoscant capacitatem. Estque res profecto admiratione digna, quod cum immensorum bonorum capaces sint, sufficiat minimum illorum ad taliter illas intricandas, vt illa perfecte recipere non valeant, donec omnino (sicut iam dicemus) euacuentur. At quando vacuae sunt & mundae, intoleranda prorsus est sitis & fames ac spiritualis sensus anxietas: cum enim profundi sint cauernarum istarum stomachi, profundè patiuntur; nam cibus, cuius inopia laborant, profundus etiam est, qui (vt dixi) Deus est. Iste porro tam acutus dolor seu sentimentum, vt plurimum circa illuminationis & purificationis animae fines contingere solet,

priusquam ad vniõnem perfectam, vbi iam potentiaefatianturperueniant. Cum enim spiritualis appetitus ab omni creatura, amoreque ipsius vacuum sit & purus; naturali temperamento amisso, iam est diuino attemperatus modo, habetque iam dispositum vacuum: nec tamen communicatur illi diuinum in vniõne Dei: vacuitatis porro sitisque istius dolor, plusquam mortis angustias parit, praesertim cum perforamen aliquod seu rimam, aliquis illi radius diuinus affulget, nec tamen communicatur. Et isti sunt, qui impatienti amore cruciantur, nec diu subsistere queunt, nisi aut optatis potiantur, aut intereant.

§. 2.

Quod ad primam cauernam, quam hic intellectum esse supponimus spectat: vacuum ipsius, est Dei sitis, quae tam ingens est, vt conferat eam David siti cerui (nullam aliam inueniendo maiorem, cui eam compararet) quando dixit. *Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum; ita desiderat anima mea ad te Deus.* Sitis verò hæc in aquas sapientiae diuinæ fertur, quae est obiectum intellectus. Secunda cauerna est voluntas, & vacuum ipsius est fames Dei tam immensa, vt deficere faciat animam iuxta illud quod ait David. *Concupiscit & deficit anima mea in atriis Domini.* Fames porro ista, est perfectionis amoris, quam anima intendit & optat. Tertia cauerna memoria est, & vacuum ipsius est consumptio, & animae propter Dei possessionem liquefactio. Quemadmodum rem hanc obseruat Hieremias dicens: *Memoria memor ero* (hoc est valde recordabor) *& tabescet in me anima mea: Haec recolens in corde meo, ideo sperabo.* Est ergo profunda cauernarum istarum capacitas; id

Qq enim

3.
mizis
ruce

era
stica

III
20

Prima ca-
uerna est
intelle-
ctus.

Pf. 41. 1.

Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum; ita desiderat anima mea ad te Deus.

Secunda
cauerna
est volun-
tas.

Pf. 83. 1.

Concupiscit & deficit anima mea in atriis Domini.

Tertia
cauerna
est memo-
ria.

Thren. 3.
20. 21.

Memoria memor ero (hoc est valde recordabor) & tabescet in me anima mea: Haec recolens in corde meo, ideo sperabo.

enim quod ipsa capere possunt, hoc est Deus, profundum est & infinitum, & sic earum capacitas, erit quodammodo infinita: ipsarum sitis infinita; fames etiam infinita & profunda: liquefactio quoque & dolor ipsarum, suo modo infinitus. Unde quando dolorem hunc patitur anima: quanquam non sit ille tam intensus, sicut in alia vita: videtur tamen viva quaedam illius imago, eò quod sit anima in quadam dispositione, suam plenitudinem recipiendi, cuius plenitudinis priuatio, est illi maximus cruciatus: Quanquam afflictio hæc, alterius est temperamenti & naturæ; residet enim in sinibus amoris voluntatis: in hoc autem statu amor non mitigat dolorem: siquidem quanto maior est: tanto est propter Dei sui possessionem impatientior, quem cum immenso desiderio per singula expectat momenta.

§. 3.

Sed ô Deus meus! cum certum sit, quando anima in veritate desiderat DEUM: iam habere eum quem amat (vt Sanctus Gregorius ait) quomodo ergo patitur propter id, quod iam habet? Quod si in desiderio, videndi filium Dei quo Angeli flagrant (vt dicit S. Petr.) nullos reperitur dolor vel anxietas, eò quod iam eum possideant: consequens etiam videtur vt si anima desiderat Deum, quo plus eum desiderat, plus eum possideat: possessio autem Dei delectationem adfert & satietatem: tantò ergo maiorem facietatè delectationemque deberet sentire hæc anima, in desiderio isto: quantò maiori tenetur desiderio: siquidem tanto amplius Deum habet, vnde merito nec dolorem, nec afflictionem pati deberet.

*Discrimē
inter pos-*

In hac quaestione notandum est discrimen quod inter possessionem Dei solum-

modo per gratiam, & possessionem eius etiam per vnionem reperitur: possessio enim per gratiam est reciproca beneuolentia, possessio verò per vnionem singularissimam quandam communicationem significat. Quod discrimen intelligere possumus ex differentiâ, quæ inter desponsationem & matrimonium intercedit: in desponsatione namq; contractus duntaxat quidam, & vna vtriusque partis voluntas, cum nonnullis desponsatæ monilibus & ornamentis, quæ illi Sponsus liberaliter largitur; interuenit: sed in matrimonio, personarum quoque vnio, & communicatio reperitur. In desponsatione, quamuis interdum videant se inuicem Sponsus & Sponsa, muneraque sicut diximus conferantur: sed non interuenit personarum vnio, quæ est desponsationis finis. Eodem modo, quando anima ad tantam in se suisque potentijs puritatem peruenit, vt voluntas ab alijs delectationibus & appetitibus peregrinis, secundum inferiorem superioremq; partem repurgatissima sit, ac integrè consentum suum, circa omnia ista Deo dederit; cum iam voluntas Dei & animæ in consensu prompto & libero vna sit, tunc dicemus peruenisse eam ad Deum per gratiam, in desponsatione & voluntatis conformitate possidendum. In quo desponsationis spiritualis animæ cum Verbo statu, insignes illi Sponsus exhibet fauores, & creberimè amantissimeque visitat eam, qua in re maximas ipsa recipit gratias & delectationes: quæ tamen nullo pacto cum fauoribus delicijsque matrimonij spiritualis possunt conferri. Licet enim certum sit, ista fieri in anima ab omni creaturarum amore repurgatissima (non enim celebratur desponsatio spiritualis, donec istud fiat) nihilominus ad vnionem & matrimonium alijs dispositionibus positius Dei

Dei & uisitationum ipsius ac ampliorum donorum indiget anima, quibus illam exactius repurgat & pulchriorem, subtilioremque reddit, ut ad tam sublimem uisionem decenter sit preparata: qua in re non parum consumitur temporis, in quibusdam animabus plus, in quibusdam uero minus. Res hæc in illis, pro rege Asero electis puellis, adumbrata fuit: quæ licet è regionibus suis, parentumque suorum domibus abductæ fuissent: nihilominus antequam ad Regium admitterentur thalamum, anno uno (quanquam in Palatio) fuerunt reclusæ: ita ut dimidio anno quibusdam unguentis myrrinis, aliisque odoribus aromaticis disponerentur altero uero dimidio anno, sublimioribus alijs linimentis: quibus peractis regium subibant cubile.

Tempore itaque desponsationis istius & expectationis matrimonij spiritualis, in spiritus sancti unctionibus, quæ iam sublimiora sunt dispositionum pro unione, cum Deo unguenta, solent esse cauteratam animæ; anxietates præstantissimæ & delicatæ. Nam cum unguenta illa immediatus iam ad unione Dei disponant, (sunt enim Deo coniunctiora) maiori propterea demulcent suavitate animam, eamque deliciosius ad ipsum alliciunt: unde cauteratam istarum desiderium, subtilius multo est, ac profundius; nam Dei desiderium, ad uniuersum se cum eò, dispositio est.

S. 4.

O quam opportunus erat locus iste, ad animas quas Deus ad istas unctioes delicatas perducit admonendas, ut animaduertant quid faciunt, & quorum se manibus seu directioni committunt, ne retrocedant: nisi extra propositum nostrum, in quo nunc uersamur hæc tractatio uideretur. Verum tanta est compassio ac comi-

seratio, qua in inimicis præcordijs meis tægor, uident nonnullas retroire animas: quæ non solum non se sinunt taliter inungi, ut unctio ulterius progrediatur: sed effectuum ipsius iacturam faciunt: ut omnino prætermittere nolim, quin eis consulam quidnam illis ad tantum effugiendum damnum hac in parte factum opus sit: & licet tantisper à proposito deflectamus, absque mora tamen ad illud reuertemur: Et reuera uniuersa ista, ad intelligentiam proprietatis cauernarum istarum conferunt. Quia uero non animabus duntaxat istis, de quibus in præsentia agimus, & quæram prospero incedunt passu, ista sunt adeo necessaria; sed etiam omnibus alijs, quæ dilectum suum inquirunt, placet hæc de re differere.

Primo itaque loco sciendum est quod si anima Deum querit, multo eam magis à dilecto suo querit: & si ipsa transmittit illi sua amore prægnantia desideria, quæ ita illi suaviter olent, sicut uirgula sumi ex aromaticis myrrha & iuiuis procedens: ipse uicissim odorem unguentorum suorum ei transmittit, quibus eam trahit, & ad se currere facit; quæ unguenta, Diuinæ sunt inspirationes & attractus: qui, semper quod ab eo promanant, motiuis & incitamentis perfectionis legis diuinæ ac fidei (per cuius perfectionem debet semper anima ad Deum amplius accedere) præcincti sunt, & regulati. Quare intelligere debet anima, uoluntatem desideriumque Dei in uniuersis gratijs, quas illi unctioibus istis, unguentorumque suorum odoribus præstat, esse, disponere & præparare illam, ad alia sublimiora & delicatiora Deique temperamento magis conformia unguenta, donec ad eò delicias puramque obtineat dispositionem, ut unione Dei, omniumque potentiarum suarum transformationem mereatur. Aniraduertit ergo

Qq 2 anima,

in
ruce

era
tica

III

24

Reciproca
Dei & a-
nima cor-
responden-
tia.
Cant. 3. 6.

Indicia ex
quibus ag-
nosci possunt
inspiratio-
nes seu in-
finitus ad
Deo pro-
uenire.

anima; in negotio isto Deum esse agens principale, qui illam debet dirigere, & quo ipsa ire nesciret (nempe ad supernaturalia; quæ qualiter se habeant, nec intellectus ipsius, nec voluntas, nec memoria nosse possunt) manu ducere: hæc inquam considerando, præcipuam suam curam studiumque ad hoc dirigere debet, ne ductori qui est Spiritus S. in via, per quam illam ducit, quæ in lege Dei & fide (sicut diximus) ordinata est & præscripta, obstaculum ponat.

Obstaculum istud seu impedimentum ponere illa potest; si se ab alio cæco duci permittat: cæci autem, qui eam à recto itinere abducere possent, sunt tres: Magister videlicet spiritualis, cacodæmon, & ipsamet anima.

*Necesse est
anima
proficere
cupienti i-
doneum
querere
magistrum.*

Quantum ad primum spectat, non mediocriter necessarium est anime proficere & non retrocedere cupienti considerato, cuius sese manibus credat, qualis enim fuerit magister, talis erit & discipulus, & qualis Pater, talis & Filius. Pro itinere porro isto, saltem pro sublimioribus eius rebus, imò etiam pro mediocribus, vix ductorem aliquem perfectum, secundum omnes quæ ad officium istud requiruntur partes reperiet. Debet enim esse sapiens, discretus, & rerum istarum experientia conspicuus. Ad rectam enim directionem gubernationemque spiritus, etsi fundamentum necessarium scientia sit & discretio, si tamen sublimiorum rerum experientia desit, ignorabit in illis quando à Deo conferuntur animæ, eam dirigere, magnoque posset illi detrimento esse: cum enim inexperiti Magistri itinera spiritus non intelligant, sæpe faciunt animas delicatarum vnguentorum istorum vntionem, quibus Spiritus sanctus sibi illas disponit perdere; eò quod alijs vilibus, quas ipsi legerunt modis

eas dirigant qui solis deseruiunt incipientibus. Cum enim eorum scientia ad solos se extendat, incipientes (quod vti nam ira sit) nolunt permittre animas, à principijs illis, discursibusque & imaginarijs modiseuolare (licet Deus velit eas ad maiora prouehere) quibus tamen ipsæ exigua admodum lucra conquirere possunt.

§. 5.

Vt autem res hæc manifestius constet sciendum est: Incipientium statum esse, meditationi insistere, & in actibus discursibus sese exercere. In statu isto necessarium est, vt suppedietur animæ materia, vt ex se, seu naturaliter discurrat, & interiores actus exerceat; & igne feruoreque spirituali sensibili vtatur: hoc enim modo sensus appetitusque, rebus bonis assuefacere conuenit, vt suauitate ista ille à sæculi rebus diuellatur.

At postquam istud aliquatenus iam effectum est, confestim incipit Deus prouehere eos ad istum contemplationis statum: quod valde citò breuique tempore fieri solet, præsertim in personis Deo in religione dicatis, eò quòd magis tempestiuè repudiatis sæculi rebus. Sensum appetitumque Deo adaptent & accommodent: quo facto, nil superest aliud, quam vt à meditatione ad contemplationem confestim gradum faciant: quod tunc fit, quando ià discursiui actus, propriæque animæ meditationes, nec non succi, primique sensitiui feruores cessant; & euanescent, non valente iam anima sicut prius discurrere, nec aliquid adminiculi per sensum reperire; sed in ariditate remanente: eò quòd præcipua negotiationis ipsorum summa

mutetur.

mutetur, & ad spiritum, qui sensui non subest transferatur. Et quoniam vniuersae operationes animae, quas ipsa ex se naturaliter exercere valet non nisi sensuum interuentu fiunt: hinc est quod in statu isto Deus sit particulare agens, qui infundit & docet; anima verò est illa, quae recipit, cui Deus in cōtemplatione bona admodum spiritualia confert, hoc est, notitiam simul & amorem diuinum, notitiam videlicet amorosam, absque eò quod anima actibus discursibusque suis utatur, non enim potest amplius eos sicut prius exercere.

§. 6.

Vnde tempore isto, contrasio omnino modo deducenda est anima, quam fuerit prius. Si enim antea suppeditabatur ei materia ad meditandum, & meditabatur; nunc potius illi est subtrahenda; nec meditando: siquidem (vt dixi) licet meditari conetur, nequitur, distractionemque patitur. Quod si prius succum ac feruorem quaecebat & reperiebat; iam illum respuat nec requirat: tantum enim abest vt illum inueniat industria sua, vt siccitatem potius eliciat; eò quod à bono quieto & pacifico quod in spiritu secretè illi confertur, per actionem seu operationem, quae ipsa medio sensu exercere vult, sese diuertit & distrahit; sicque vnius iacturam faciendo aliud quoque non exercet, eò quod non amplius tribuantur illi bona sensu mediante, sicut prius. Et propterea in statu isto nullatenus debet illi meditatio iungi, aut actuum vi discursus elicitorum exercitium, sed neque consolationi & feruori anxie & cum adhæsiōne inhiare debet. Hoc enim nil esset aliud, quam agentis primario, qui Deus est, obstaculum ponere, qui secretè & pacificè instillat animae sapientiam & amorosam notitiam, absque nimia actuum differentia, expressione vel

multiplicatione, quanquam interdum faciat eos cum aliqua temporis mora in anima distinctè fieri & expressè, tunc autem debet etiam anima soli amorosè ad Deum aduertentia seu attentioni intenta esse, nullos alios distinctos exprimendo producendoque; actus, præter eos, ad quos se sentit ab eo stimulari & inclinari, veluti passiuè se duntaxat gerendo, nullamque ex se adhibendo industriam; sed cum amorosa, simplici, sinceraque manendo aduertentia: illius instar, qui cum aduertentia seu attentione amoris aperit oculos. Nam cum Deus tunc tractet cum anima (quantum ad dandi modum spectat) per notitiam sinceram & amorosam; debet etiam anima agere cum eo; quantum ad receptionis modum attinet per notitiam & aduertentiam sinceram & amorosam, vt hoc pacto notitia cum notitia & amor cum amore connectantur. Necessarium quippe hic est, vt qui recipit, secundum eius quod recipit modum sese habeat, & non secundum alium, vt sic valeat eo illud recipere & retinere modo, quo illi confertur. Ex quibus manifestè patet, quod si tunc anima, modum suum conuetum discurrendi non intermitteret, minime bonum illud, nisi parce & imperfectè reciperet: vnde nec cum ea, cum qua ei tribuitur perfectione, illud communicaret: cum enim bonum illud tam superioris sit ordinis & infusum, tam angustus imperfectusque modus illud capere nequit. Vnde omnino, si tunc vellet anima ex se operari; aliter se habendo, quàm cum aduertentia passiuè, amorosa, passiuè admodum & tranquillè, absque pristino discursu manendo; bona quae in notitia illa amorosa communicat ei Deus omnino impediret. Quae bona in principijs communicantur ei in exercitio purgationis (vt diximus) postmodum autem, in

anis
ruce

era
tica

VT
24

maiori suavitate amoris. Quæ suavitas (vti dico & in veritate ita se res habet) si passiuè & iuxta Dei, non vero secundum animæ modum in anima recipienda sit; consequens est, quod ad eam suscipiendam, debeat manere anima ab omnibus valde expedita, otiosa, pacifica, & secundum Dei modum serena: veluti aer, quem quo fuerit ille purior, simplicior & pacatior; sol copiosius illuminat & calefacit. Quare nulli rei adhærere debet anima; non meditationi, non suauitati, siue illa sensibilis sit, siue spiritualis. Requiritur enim hic spiritus adeo liber, & in nihilum redactus, vt quælibet res, quam tunc anima efficere veller, aliquid singulare cogitando, vel discurrendo, vel consolationi cuiuspiam inhærere volendo; impeditura sit, perturbatura, strepitumque in profundo silentio, quod necesse est habere animam, tam in sensu quam in spiritu, editura, ne adeo profundam delicatamque Dei vocem, qua ad eam in solitudine ista loquitur, percipere possit, quemadmodum hoc per Oleam ipse dixit, & ne in pace summaque tranquillitate auscultet & audiat anima sicut Dauid quid loquatur Dominus Deus; hanc enim pacem loquitur in ea. Quod cum ita contigerit, vt nimirum sentiat se anima in silentio & auditione collocari; amorosa etiam, de qua locutus sum aduertentia simplicissima esse debet, absque sollicitudine aut reflexione aliqua: ita vt quasi obliuiscatur illius, vt tota auditioni inhiat; vt hac ratione libera remaneat ad id quod tunc ab ea requiritur.

§. 7.

Hic otiositatis obliuionisque modus, cum aliqua semper interiori absorptione contingere solet. Quamobrem postquam iam anima istum sincerum & otio-

sum contemplationis statum ingredi coeperit, nullo tempore, nullaque occasione debet velle meditationes præ oculis habere, aut consolationibus suisque spiritualibus inniti (quemadmodum Libri Primi Noctis Obscuræ capite decimo, & antea ultimo capite Libri Secundi, & Capite primo Libri tertij Ascensus Montis Carmeli fusè dictum est) sed potius debet manere abstracta & super omnia ista erecta, quemadmodum se facturum dixit Abacuc Propheta dicens: *Su-*
per sensuum meorum custodiam strabo (hoc est inferius eos relinquendo) & si- gam gradum super munitionem potentiarum mearum (id est, non permitiendo eas vel vnicum cogitationis propriæ passum progredi) & contemplanor vt videam quid dicatur mihi (hoc est, id quod mihi communicatum fuerit passiuè suscipiam) Iam enim diximus; contemplationem, esse receptionem, fieri autem non potest vt sublimissima sapientia ista contemplationisque genus recipi possit, nisi in spiritu taciturno, & à succis notitiisque particularibus abstracto. Ita enim re hæc dicit Isaias: *Quem (inquit) docuit scientiam, & quem intelligere facit auditum; abstractos à lacte.* (hoc est à succis & consolationibus) & *auulso ab vberibus* (hoc est, à particularium notitiarum adminiculis.) Aufer ergo atomum, nebulam, & pilos & munda oculum, lucebitque tibi serenus sol, & videbis. Constitue in libertate serenæ pacis animam, eamque ab operationis tuæ iugo & seruitute libera; hæc enim est Ægyptiaca captiuitas (cum vniuersas istas operationes exercere paulo amplius sit, quam paleas ad coquendos lateres congregare) & duc eam ad promissionis terram, quæ fluit lacte & melle.

O spiritualis Magister considera; ad istam

istam libertatem otiumque filiorum sanctum, vocari à Deo ad desertum animam, in quo festiuis induatur vestibus, aureisque & argenteis monilibus despoliata iam Ægypto, diuitijsque ipsius direptis exornetur: hostibus præterea ipsius in contemplationis mari demersis, vbi Ægyptius, hoc est sensus, fundum, cui innitatur pes eius non reperiens, dimittit filium Dei liberum (qui est spiritus, angustus operationis suæ limites, ac terminos egressus) à vili suo intelligendi modo à suo rudi sentimento, & à sua paupere degustatione: vt DEVS suauæ Manna præbeat illi cuius sapor, quamuis vniuersos istos sapes & gustus, in quibus tu (ò Magister spiritualis) vis labore occupare animam contineat; nihilominus quia tantoperè delicatus est, vt in ore liquefiat, non sentietur, si alium gustum, seu suauitatem in aliqua alia re voluerit degustare, non enim illum recipiet. Studeas igitur eradicare ab anima vniuersas gustuum, consolationum ac meditationum cupiditates, nec illam aliqua cura aut sollicitudine rerum superiorum, & multo minus inferiorum perturbes ac inquietes, in omni quæ possibilis sit abalienatione ac solitudine eam collocandò. Quo enim hoc amplius obtinuerit, & quò citius ad istam otiosam tranquillitatem peruenerit: eò affluentius copiosiusque spiritus sapientiae diuinæ amorusus tranquillus, solitarius, pacificus, suavis, raptor spiritus illi infunderetur; sentietque se interdum blandè sereneque raptam & fauciatam, nec tamen sciet à quo, nec vnde, nec quomodo; eò quod absque propria operatione in sensu iam explicato, fuerit illi spiritus iste communicatus. Et tantillum istius, quod Deus in isto sancto otio ac solitudine, operatur in anima, bonum est inæsti-

mabile, plus etiam quam anima, & ipsius director cogitare possint; nec tunc caperet, quantum suo splendebit tempore. Ad summum, id quod in præsentì percipere poterit anima, est abalienatio & quædam ab omnibus rebus abstractio aliquando maior, aliquando minor, cum quadam suauis respiratione amoris, viraque spiritus: & cum quadam ad solitudinè pronitate, creaturarumque ac rerum sæcularium tædio; nam cum spiritus degustatur, quidquid carnis est insipidum fit. Interiora porro bona, quæ arcana hæc & quieta contemplatio imprimit animæ, quamuis ipsa nihil sentiente, profus sunt inæstimabilia: tandem enim sunt secretissimæ & delicatissimæ Spiritus sancti vnctiones, per quas diuitijs, donis & gratijs, arcane replet animam: nam cum DEVS sit; facit sicut DEVS, & operatur sicut DEVS.

§. 8.

Hæc itaq; bona, istæ opes immensæ, istæ sublimes, delicatæque vnctiones & Spiritus sancti notitiæ, quas ob suam subtilitatem, exquisitamque puritatem, nec anima, nec qui de illis cum ea agit intelligit, sed duntaxat ille, qui eas ad gratificandam sibi magis animam confert; hæc inquam vniuersa, nullo negotio, hoc est, minima etiam, quam anima exercere voluerit operatione, sensum appetitumque; notitiæ alicui seu consolationi applicare volendo, perturbatur & impediuntur: quod certe graue damnum est magnoque dolore ac commiseratione dignum. O casum acerbum multæque admirationis! quod cum non appareat detrimentum, & nihil fere illius, quod sese interposuit; tunc tamen maius incurratur damnum, magisque dolendum, & deplorandū damno illo quod multo

in
luce

era
tica

III
24

multo maius in animabus vulgaribus, quæ in statu adeò excelſæ exquisitæque elaborationis minimè verſantur; apparet. Vt ſi exempli gratia faciem aliquam perfectiſſimè depictam, rudis aliqua & imperita manus, vilibus impropijsque coloribus corrigere vellet; multo grauius notabiliusque eſſet hoc damnum, maiori que dolore & commiſeratione dignū, quam ſi alias vulgarioreſ deturparet imagines. Et cum tam ingens ſit damnū iſtud, maius etiam quam verbis exprimi poſſit; eſt tamen adeò commune & ordinariū, vt vix aliquis reperiat ſpiritalis magiſter, qui illud animabus, quas incipit Deus hoc modo ad contemplationis ſtatum prouehere, non inferat. Quoties. n. inungit Deus animā, delicatiſſima aliqua notitiæ amorosæ, ſerenæ, pacificæ, ſolitariae, ac valdè à ſenſu omnique eo quod cogitari poteſt alienæ, vnctiōe, nec permittit eam aliquid, ſiue de ſuperioribus, ſiue de inferioribus deguſtare aut meditari (eò quod occupet eam Deus vnctiōe illa ſolitaria ad otium ſolitudinemque prona) ecce aderit aliquis, qui fabri ferrarij inſtar, nil nouit aliud, quam malleis tundere, iſtūque ſæpius reperere, & quia nullam ipſe aliam calleret artem, dicet: Abi, relinque iſta, nil enim aliud ſunt, quam temporis amiſſio ac otioſitas, ſed reſume potius, meditationis actuumque exercitium; requiruntur enim ex parte tua actus & induſtriæ: iſta enim alia, nil aliud ſunt, quam deceptiones ac ſtoliditates. Arque ita, cum homines iſti orationis gradus, ſpiritusque itinera minimè intelligant, non animaduertunt actus illos, quos ab anima elici volunt iam ſinitos eſſe, diſcurſusque viam, quam carpere illam iubent iam eſſe peractam: ſiquidē iam anima illa ad ſenſitiuam peruenit abnegationem: non animaduertunt inquam, quod cum iam ad

*Vix aliquis ſpiritu-
alis magiſter reperi-
tur, qui damnū
notabile anima in
hoc ſtatu conſtituta
nō inferat.*

terminum peruentum ſit, viaque peracta, non eſſe cur amplius iter fiat, hoc enim nil eſſet aliud, quam iterum à termino recedere vnde non intelligendo, animam illam eſſe iam in via ſpiritus, conſtitutam, in qua non reperitur amplius diſcurſus, ſenſuque ceſſat, nec cogitādo Deum eſſe particulare agens, qui ſolitariam animam arcane alloquitur, alia craſſiorum notitiarum & ſuccuum vnguenta, ad quæ animam inducunt, illi ſuperliniunt: eamque ſolitudine ac recollectione priuant, & conſequenter ſublime quod in ea depingebat Deus opere, & ita nec vnūm exeret anima, nec etiam proficit in altero.

§. 9.

Animaduertant enim huiusmodi homines & conſiderent, Spiritum ſanctum præcipuū eſſe agens primarium; animarum motorem, qui nunquam earum curam deponit, & ea, quæ ad illarum profectum, & vt meliori modo compendioſiusque ad Deum perueniant, alicuius eſſe poſſunt momenti, ſollicitè prouidet: ipſos autem nequaquam agentes eſſe, ſed inſtrumenta duntaxat, ad animas per fidei legisque diuinæ regulas dirigendas, ſecundum ſpiritum quem vniciue largitur Deus. Quamobrem hoc ſit vnicum ipſorum ſtadium, nō vt ſuo ipſorum modo, ac propriæ cōditioni diſpoſitionique accommodent & attemperent animam: ſed vt animaduertant (ſi tamen ſciunt) per quam viam ducat illam Deus: quod ſi hoc eos lateat, relinquant illam, nec perturbent: & diuino ductui ſe conformando, ſtudeant ad maiorem ſolitudinē, libertatem ac tranquillitatem eam inducere, amplam illi præbendo facultatem, vt nulli rei alligat ſpiritum, quando eam Deus hac deducit via. Neque aſſigantur, ſintque anxij, nihil hoc modo fieri exiſti-

mandat

mando: dum modo enim anima ab omni
notitia propria comparata industria & ab
omni appetitu, ac partis sensitiuæ amori-
bus in pura paupertatis spiritus abnega-
tione & in omnis tenebræ succique vacui-
tate auulsa & separata permaneat, ab om-
ni insuper vberè & lacte auulsa (hæc quip-
pe sunt illa, ad quæ ex parte sua præstan-
da, vniuersum studium conatumq; suum
adhibere debet anima, nec minus spiri-
tuales Magistri ei in rebus istis omnibus
abnegandis opem ferre) si inquam hoc se
modo gesserit anima, impossibile est secū-
dum modum procedendi bonitatis, mise-
ricordiæq; diuinæ, vt non faciat Deus id,
quod ex parte ipsius requiritur; imo mul-
to impossibilius est, quam vt sol serenū a-
pertumque locum radijs suis non feriat.
Quemadmodum etenim matutinus sol
domum tuam irradiat vt illam si recludas
aditus ingreditur: ita Deus; qui dū custo-
dit Israel non dormitat, euacuatam in-
trabit animam, & eam bonis adimplebit.
Deus enim veluti sol animabus imminet;
vt illas ingreditur: tatis ergo sit spiritali-
bus Magistris iuxta Euangelicæ legis per-
fectionem illas disponere; quæ in nuditate,
sensuq; ac spiritus vacuitate consistit,
nec velint vterius in ædificando progre-
di; officium enim istud solius Domini est,
à quo omne datum perfectum descendit.
Nisi enim Dominus ædificauerit domum
in vanum laborat qui ædificat eam. Ædi-
ficabit ipse ædificiū supernaturale in qua-
libet anima, sicut illi placuerit; dispone tu
id, quod naturæ est, operationes ipsius in
nihilum redigendo: istud enim est offi-
cium tuum: Dei autem (vt Sapiens ait) est,
ad supernaturalia bona, modis & vijs, tibi
& animæ ignotis eam dirigere. Non di-
cas ergo, animam non progredi, nihilque
agere. Nam si tunc non magis sapiunt ei
intelligentiæ aliæ quam antea; ad vltorio-

ra progreditur, ad supernaturalia tendit.
Sed dices; nihil distinctè intelligit. Imò si
tunc distinctè intelligeret; non progredere-
tur: Deus enim incomprehensibilis est,
intellectumque excedens. Vnde quo ma-
gis progreditur anima, eò magis debet à
se ipsa recedere, in fide ambulando, cre-
dendo, non autem videndo, hocque mo-
do magis approximat Deo, non intelli-
gendo, quam intelligendo in sensu expli-
cato. Et propterea non affligaris inde; si
enim non retroeat intellectus, notitijs di-
stinctis, alijsque vitæ huius intellectuoni-
bus occupari volendo ad vltiora pro-
greditur; ad vltiora autem progredi, est,
in fide magis ambulare. Intellectus verò
cum nesciat neque possit comprehende-
re qualis sit Deus, pergit ad eum non intelli-
gendo. Vnde hoc quod tu in eo reprehendis
ad ipsius bonum potius expedit illi, ni-
mirum vt intelligentijs distinctis se non
implicet, sed ambulet in fide perfecta.

§. 10.

Sed dices; voluntatem, nisi intellectus
distinctè cognoscat, ad minus otiosam fu-
turam, neque amaturam: non enim amari
potest nisi cognitum: Respondeo ita se re
habere in operationibus præsertim, acti-
busque animæ naturalibus, voluntatem
scilicet, non amare, nisi id quod distinctè
cognoscit intellectus. Sed illo tēporis spa-
tio, quo contemplatio, de qua loquimur
durat, quam infundit Deus in animā, mi-
nimè necessarium est notitiam distinctā
interuenire, & animam multos facere dis-
cursus; tunc enim communicat illi Deus
notitiam amorosam, quæ simul est veluti
lux calida indistinctè, tunc autem secun-
dum intelligentiæ modum, est etiam amor
in voluntate. Nam cum notitia generalis
sit & obscura; non valente intellectu di-
stinctè intelligere, quod intelligit: volun-
tatem etiam in genere, absq; distinctione

R r ali-

Quo ma-
gis progre-
ditur ani-
ma eò ma-
gis debet à
se ipsa &
operatio-
nibus suis
recedere.

11215
11446

era
tica

117

29

NOTA.
Viri va-
luntatis a-
mare pos-
sunt, si intel-
lectus a-
moris ob-
iectum di-
stinctè non
cognoscit.

Dubij re-
solutio.

aliqua amare necesse est. Nam cum in
 subtili ista communicatione Deus lux sit
 & amor; æqualiter duas istas informat
 imbuitque potentias; quamvis interdum
 unam feriat amplius, quam aliam. Vnde
 nonnunquam plus sentitur intelligentiæ,
 quam amoris: nonnunquam verò inten-
 sior percipitur amor quam intelligentia.
 Et propterea non est cur in statu isto vo-
 luntatis otiositas timeatur: si enim ab ex-
 ercicio actuum, per particulares notitias,
 (in quantum ab ipsa proficiscebantur)
 directorum & gubernatorum desistat, in-
 ebriat illam Deus amore infuso, median-
 te contemplationis notitiâ; sicuti nuper
 diximus. Sunt autem tanto meliores, dul-
 ciores, magisque meritorij actus, qui con-
 templationis huius infusæ ductu eliciun-
 tur: quanto melior est motor, qui amorem
 istum infundit animæ & in ea accendit:
 manet enim voluntas Deo vicina, & ab
 alijs gustibus abstracta & aliena. Propter
 ea sollicite inuigiletur, ut voluntas à suis
 amoribus vacua sit & abstracta: si enim
 non retrocedat, aliquem cupiendo degu-
 stare succum, vel consolationem; etiam si
 illam particulariter in Deo non sentiat,
 ad vteriora progreditur: ad Deum super
 omnia ascendendo; quando quidem nul-
 lius rei gustu delectationeque tangitur.
 Et quanquam adeò particulariter & di-
 stinctè Deum non degustet, nec eum ita
 distincto actu diligit, plus tamen degu-
 stateum in illa infusione generali, obscure
 & arcane; quam si notitijs distinctis rege-
 retur, siquidem manifestè tunc illa ag-
 noscit, nullam notitiam tantam sibi dele-
 ctationem adferre, quantam quieta illa &
 solitaria: amatque illum super omnia a-
 mabilia: quandquidem omnes alios suc-
 cos, vniuersarumque rerum delectatio-
 nes repudiauerit & sint illi insulsæ. Vnde
 non est cur affligatur: si enim nequit ani-

ma succis gustibusque actuum particu-
 larium occupari & oblectari; ad vterio-
 ra tendit: nam non retroire, aliquid sensi-
 bile amplectèdo, est in inaccessibili, quod
 est Deus, vterius progredi. Atque ita vo-
 luntas, ad hoc, ut ad Deum tendat, potius
 hoc facere debet, ab omni se re delecta-
 bili ac dulci abstrahendo, quam illi inni-
 tendo. Hocque modo optimè satisfacit
 præcepto amoris, quod præscribit, Deum
 super omnia diligendum. Quod ut cum
 omni perfectione fiat, cum ista nuditate,
 & omnium rerum peculiari vacuitate ex-
 exerceri debet.

§. II.

Nec etiam est, cur vereamur, memori-
 à suis formis figurisque vacuum reman-
 suram: cum enim Deus nullam formam,
 nullamque habeat figuram; tuta se cura
 que est memoria à forma & figura eua-
 cuata, ac Deo amplius sit vicina. Nam
 quo imaginationi magis fuerit innixa; eo
 magis à Deo fit remota; maiorque est pe-
 riculo exposita: cum enim Deus sit (ut est)
 incogitabilis, imaginationi non subest.
 Cum itaque isti spirituales Magistri ani-
 marum statum, quæ viam hanc contem-
 plationis quietæ & solitariæ carpunt, non
 intelligant; eò quod ipsi nondum ordina-
 rium quandam vulgaremque discurren-
 di & actus exercendi modum transile-
 rint (imò nec fortassis ad eum peruene-
 rint) huiusmodi animas otiosas arbitran-
 do: *Animalis enim homo* (hoc est, qui à sen-
 su animali sensitivæ partis non egredi-
 tur) *non percipit ea que sunt spiritus Dei.* (ut ait
 sanctus Paulus) pacem contemplatio-
 nis quietæ & tranquillæ qua fruebantur,
 quamque illis tribuebat Deus, petru-
 rant; coguntque illas meditari & discur-
 rere, actusque elicere, non sine graui ta-
 dio, repugnantiâ, ariditate, & distractione:

animarum ipsarum, quæ in quietâ paci-
ficaque recollectione sua vellent permane-
re: persuadent illis insuper Magistri isti,
vt contentur succos fetuoresque elicere;
cum tamen contrarium potius deberent
illis consilium. Quod cum ipsæ præstare
nequeant, nec sicuti prius in huiusmo-
di rebus sese exercere, (iam enim tempus
rerum istarum transijt, neque hoc est
amplius earum iter) duplicate inquietan-
tur, se perditionis viam arripuisse existi-
mando; ad quod etiam credendum Ma-
gistri isti eas inducunt & spiritum ear-
um exsiccant, ac pretiosis vnctionibus,
quas in solitudine ac tranquillitate in-
fundebat illis Deus, eas priuant, (quod
certè, vt dixi ingens damnum est) &
atris cœnosisque vnctionibus eas illi-
nunt, quandoquidem in vno iacturam
patiuntur, in alio verò absque fructu la-
borant. Ignorant isti, quid sit spiritus, &
insignem Deo iniuriam ac irreuerentiam
faciunt; rudem impolitamque suam ma-
num operi diuino adhibendo. Nec enim
parum Deo constitit, eosque deduxisse
animas, magnisque æstimat eas ad hanc
solitudinem, potentiarumque suarum
ac operationum vacuitatem peruenisse,
vt possit loqui ad cor earum, quod ille
semper exoptat: ipse earum curam ge-
rit, & in eis cum abundantia pacis re-
gnat, actus potentiarum discursiuos,
quibus tota nocte laborando nihil ca-
piebant, deficere & cessare faciendo: il-
lasque iam in spiritu, non verò in opera-
tione sensus pascendo: cum sensus &
ipsius operatio, incapax sit spiritus.
Quanti autem ipse faciat tranquillita-
tem istam, vel contempcionem, seu an-
nihilationem sensus, optime ex illa tam
notabili efficacique adiuratione, quam
fecit in Canticis apparet, dum ait. *Ad-*
mirabile est intro vos filia Hierusalem, per capreas cer-

uosque camporum, ne suscitatis, neque eugig-
lare faciatis dilectam, donec ipsa velit. Qui-
bus verbis significauit, quantum obdor-
mitionem, solitariamque obliuionem
amet, quandoquidem solitaria hæc,
& recessui dedita animalia interponit.
At spirituales isti Magistri, nolunt
quiescere animam: sed laborare sem-
per, taliterque operari, vt non præbeat
locum operationi diuinæ, conantur-
que vt id quod ipse operatur, anima
operatione destruat & aboleatur, vul-
pes paruulas quæ florentem vineam de-
moliuntur non ei sciendo. Et propter
ea conqueritur Dominus per Isaiam di-
cens. *Vos enim depastis estis vineam meam.* *Isa. 33. 4.*
Verum fortassis homines isti bono du-
ctuzelo, in errorem labuntur, eò quod
eorum scientia non se amplius exten-
dat. Non tamen propterea excusati sunt
dum consilia temeraria dant, non intel-
lecta prius via spiritusque, quo anima
ducitur: quod si illius notitiam non ha-
bent, cur rudem suam manum rei quam
ignorant, adhibere non verentur, nec
tales animas ad eos, qui melius eas in-
telligant & dirigant, transmittunt? Nec
enim exigui res est oneris & culpæ in
causa esse vt inestimabilium bonorum
iacturam faciat anima ob inepta con-
silia, imò vt tota pessum eat: vnde ille
qui temerarie errat, cum obligatus
sit non errare (sicut vnusque in offi-
cio suo tenetur) non erit absque pœ-
na, secundum modum damni quod in-
tolit. Diuina siquidem negotia, consi-
deratè admodum oculatèque tractan-
da sunt, præsertim quæ restam delica-
tas sublimèque concernunt, in qui-
bus quasi immensum lucrum, si non er-
retur, sperari potest, immensum ve-
rò detrimentum imminet si
aberratur.

Magistri
spirituales
notent &
timeant.

R. 2 §. 12, Sed

11215
11111

era
tica

IV
24

*Doctrina
contra Cō-
fessarios &
Magistros
animas in
seruitute
quandā de-
sinentes.*

Sed iam quod dicere velis, habere huiusmodi hominem excusationem aliquā (quanquam ego eam non videam) saltem dicere non poteris, eam habere illum, qui curam alicuius animæ gerens nunquam eam è potestate sua liberam dimittit, idque ob fines respectusque vanos, quos nouit ipse, qui certè impunè non abibit. Est enim extra controuersiam, quod cum anima illa progredi debeat in spiritali via proficiendo, (ad quod semper Deus fert illi opem) mutare illam debere stylium orationisq; modum, & aliam sublimiorique, ea quam præbet illi Magister iste doctrina alioq; spiritu indigere. Non enim omnibus sufficiens est doctrina, ad omnibus casibus successibusq; qui in via spiritali occurrunt, consulendū: nec omnes ad eò perfectò consummatoque spiritu præditi sunt, vt cognoscant, quā ratione anima, in quocunque spiritalis vitæ statu deduci gubernarique debeat: ad minus nequaquam sibi persuadere debet, se omnibus, quæ ad negotiū istud requiruntur, præsidijs instructos esse, & Deum animam illam ad vltiora non esse deducendum. Quemadmodum non quilibet qui nouit edolare lignū, imaginem quoque sculpere nouit: nec qui illam sculpere didicit, continuo læuigare illam & perpolire caller: sed nec qui læuigare caller, artem depingend illam habet: nec tandem qui pingere eam nouit, vltimam illi imponere manū & perfectionem sciet: quilibet enim istorum, nil amplius præstare potest imagini, præter id quod nouit, & si aliquid amplius attentare voluerit, nil aliud hoc esset, quàm eam destruere. Iam ergo rem hanc penitus inspiciamus: si tu, ô spiritalis Magister, cū sis solummodo edolator vis ad mundi contemptum, appetitumque mortificationem inducere:

animam, vel ad summum sis sculptor, & in sanctis illam meditationibus exerceas, nec præter hæc aliud nosti: quomodo tu ad vltimam vsque subilis picturæ perfectionem deduces animam istam, quæ pictura nō iam amplius in edolando, neque in sculpendo, aut etiam in expoliendo consistit, sed in operatione, quam successiue Deus in ea perfecturus est? Vnde perspicuum est, si doctrinæ tuæ, quæ semper vna est, eam perpetuò alligatam esse volueris, vel retro eundem illi esse vel ad minus non progrediendum. Quis enim esset obsecro exitus imaginis, si nihil aliud in ea efficeret, quam eam edolare, valseque tundere iectibus (quod spiritaliter loquendo nihil est aliud quam potentias animæ exercere)? Quādo perfecteretur hæc imago? Quando vel quomodo dimittenda esset vt eam depingat Deus? Estne possibile, te omnia hæc officia tibi soli usurpare? tamque te perfectum consummatumq; arbitrari, vt nunquam anima ista alterius opera, præter tuam, opus sit habitura? Et dato casu, quod sufficiens sis alicui animæ, eo quod dotibus ad vltius progrediendum sit destituta, est tamen quasi impossibile, vt talis sis pro omnibus, quas è tuis elabi manibus non permittis: quamlibet enim diuersa via deducit Deus vt vix vnus reperitur spiritus, qui in dimidia parte modo quo vtitur & procedit, cum alterius spiritus modo conueniat. Quis enim erit sicut S. Paulus, qui potens sit omnia fieri omnibus, vt omnes lucrificat? Tu verò taliter rannide opprimis animas, taliterque illas libertate priuas, tibi ipsi latitudine libertatemque Evangelicæ doctrinæ vendicando, vt non solum ne ab eis delectaris labores, sed quod deterius est, si forte scias illarum aliquam cōsiliij petendi gratia alium adijisse, aut quidpiam aliud cum eo, quod tecū conferre nō expediebat, contulisse, vel

vel si forte illam ipse Deus direxerit ad eum, ut ab eo diceret, quod tu non doces: tu te sic cum ea geris (quod non sine rubore dico) sicut matrimonio iunctæ personæ ob zelotypiam contententes, facere consueverunt: qui certe zelus, quo tu flagras, non est honoris diuini, sed superbiæ ac præsumptionis tuæ. Quo enim pacto tu scire potes, animam illam alterius opera non indignuisse? Grauius indignatur Deus hominibus huiusmodi, vindictamque illis per Ezechielem Prophetam minatur dicens.

Luc. 14. Va Pastoribus Israel, lac comedebatis, & lanis operiebamini: requiram gregem meum de manu vestra &c.

Debent itaque homines isti in libertate relinquere huiusmodi animas; tenenturque permittere eas ad alios se cõferre, & grato eas redeuntibus excipere vultu; non enim sciunt qua via velit Deus illas proficere: præsertim verò, quando ipsius doctrina non illis amplius placet & sapit; quod est indicium, Deum eas alio itinere ad vltiora prouehere, & alio iam indigere Magistro: imò potius ipsimet debent hoc illis consulere, quidquid vero aliter fecerint, exulta id nascitur superbia & præsumptione.

§. 13.

Verum prætermittamus nunc istum procedendi modum, & loquamur de alio profusius pestifero, quo homines isti vel alij ipsius peiores vtuntur. Eueniet aliquando ut irgat Deus aliquas animas desiderijs sanctis in citamentisque; ad deserendū mundum, vitamque ac statum in melius mutandum, ac Deo, spreto sæculo inseruiendum (quod Deus plurimi facit, eoque videlicet eas perduxisse; res enim sæculi, non sunt secundam eorum Dei) ipsi verò ob rationes humanas, ac respectus Christi doctrinæ, ipsiusque mortificationi, ac rerum omnium despectui repugnantes: uti-

litati videlicet suæ vel consolationi attendendo, vel ubi nihil erat timendum metuendo, rem hanc differunt, vel difficilem reddunt, vel (quod deterius est) ab hac cogitatione eas diuertere conantur: cum enim homines isti deprauato parumque deuoto ac nimium mundo vestito, modiceque in Christo mansuetato præditi sint spiritu; nec intrant ipsi, nec alios intrare permittunt. Sicut Saluator noster ait, *Va vobis legu periti qui tulistis clauem scientiæ, ipsi non introistis, & eos qui introibant prohibuistis.* Verè enim affirmare possumus istos esse veluti vectem ac offendiculum, ad cœli ianuas positos: dum non confiderant Deum eos in hoc constituisse officio; ut illos quos ipse vocat, intrare compellat, quemadmodum eis in suo Euangelio iniunxit: ipsi verò è contra repellunt, ne per angustam portam ad vitam ducentem ingrediantur. Hoc igitur modo spiritalis Magister est cœcorum vnus, qui Spiritus sancti ductum in anima impedire potest: quod sicuti diximus, multis cõtingit modis, quidam enim scienter, alij ignoranter labuntur, vtrisque; tamen impune non erit: siquidem cum officio isto fungantur, scire considerareque quid agant tenentur.

§. 14.

Alter cæcus, quem diximus impedire posse animam in hoc recollectionis genere, est Cacodæmon, qui sicut ipse cæcus est, ita etiam animam cupit esse cæcā qui in altissimis solitudinibus istis, in quibus infunduntur delicatæ Spiritus sancti vntiones (quod ei maximo operè displicet, planeque inuidia ringitur videndo auolare sibi animam, nec à se amplius posse capi, plurimumque ditescere) conatur in istā nuditatem & abalienationem aliquas notitiarum catarrhas seu maculas intrudere, & aliquas sensibilibus delectationibus, interdū etiam bonarū tenebras offundere

Rr 3

v

11215
11216

11217
11218

11219
11220

Luc. 11. 52

Luc. 14. 23

NOTA.

ut alliciat magis animam, eamque iterum ad sensuum commercium & usum retrahat, & ut rerum illarum considerationi vacet, illasque quo ad Deum ire possit, notitijs illis bonis, succisq; sensibilibus innixa amplectatur, persuadet. Qua in re distrahit eam, & facile ab illa solitudine & recollectione, in qua Spiritus S. stupendas res illas arcane operabatur, abducit. Tunc verò anima cum ad sentiendum & degustandum prona sit (maximè si res istas ambiat) nullo negotio notitijs delectationibusque illis adheret, & ab illa solitudine, in qua Deus operabatur recedit. Cū enim ipsa iudicio suo, in pacifica illa de qua in presenti agitur solitudine nihil ageret, sed esset otiosa, videtur illi istud melius esse, quandoquidè hic est aliquid, & ibi nihil. Est res profecto miserabilis, quod se ipsam anima nō intelligendo, dū vni buccellæ inhiat, ne tota ipsa à Deo depauperetur, sibi ipsi impedimento est, quod facit Deus eā in spiritalibus, ac solitarijs vnctionibus palati sui absorbendo. Atque hoc modo propter re nullius propè momenti, maxima dæmon infert mala & detrimēta, faciendo perdere animā immensas diuitias, & exigua esca (sicut evenit pisci) è mari purissimarum spiritus aquarū, in quibus immerla erat in Deo absq; vllō, cui inniteretur adminiculo, illā educendo. Et ita ad litus extrahit eā, adminiculū illi & fulcimentum luppeditando, facitque eam reperire fundū, & ut per terrā cum labore gradatur, ne in aquis Sulo quæ in silērio currūt, diuinis delibata vnctionibus nater, persuadet. Totque & tanta hac in parte operatur dæmon, ut res sit planè stupenda: & cum exiguum damnum, quod hac in parte animabus infert, maximum celsendum sit, vix tamen reperitur anima, quæ hac via incedat, cui non ingentia irroget, damna, eamq; grauem pati iacturam compellat.

vix in hoc itinere aliqua reperitur anima cui graue non inferat dæmon detrimentū.

Malignus siquidem iste magnā cū sagacitate, sese hic in transitu, qui inter sensuum spiritumque reperitur, colloca, ipsomet sensu decipiendo & mescando animā, res nimirū sensibiles ut in illis detineatur, nec vngues eius euadat, obijciendo. Anima porro summa cū facilitate consentit sese detinet, nihil .n. amplius præter illud nouit, nec putat aliquid in re illa latere dānū: quin potius scilicet hoc adscribit fortī, audeque arripit, à Deo se visitare arbitradō: sicq; in interiora sponsi nō ingreditur, sed ad portam duntaxat remanet, quid ibi agatur inspicendo. *Omne sublime videt*, ait Iob (hoc est omne sublime animarum) ut illud nimirū impugnet. Quod si forte fortuna earū aliqua ad recollectionē ei elaboratur, horribus ipse, terribus, vel doloribus corporalibus, seu strepitibus, exterioribusque sonis, illā perdere conatur, facitq; eam ad sonitū sese referre, ut hoc modo illam foras extrahat, & ab interiori spiritu diuertat, idque eousq; donec præualere non valens, eā relinquat. Tantaque cum facilitate, raras impedit diuitias, & istas pretiosas destruit animas; ut licet ipse multo pluri hoc faciat, quā multas alias prosterne animas, nihilominus ob facilitatē, qua id cōsequitur, & ob modicū quod ea in re impedit laborē, parui hoc estimat.

§. 15.

Ad hoc propositum intelligere possumus id, quod ipsemet Dominus dixit Iob: *Ecce sorbebit suum & nō mirabitur: & habet fiduciam quod insuat Iordanus in os eius: (qui sublimiora perfectionis significat) in oculis eius quasi hamo capiet eum. Et in sudore perforabit naves eius (hoc est, notitiarū cupidibus, quibus ferit illam, diuertet spiritum ipsius: siquidè aër, qui ex naribus egreditur vnitus, si illa fuerint perforatæ, per multas dissipatur partes. Et inferius ait. Sub ipso erunt radij solis, & sterneret sibi aurum in quasi*

quasi lumen; efficiendo nimirum vt admirabiles diuinarum noticiarum radios amittant illuminatæ animæ, & pretiosum ornamentorum diuinorum aurum, ex opulētis animabus ipse dissipat & effundit.

O igitur animæ, quando tam sublimia dona à Deo recipitis, vt per solitudinis, recollectionisq; statum vos deducat à vestro laborioso sensu vos separado, ne quæso ad eū reuertamini; sed operationes vestras relinquit: si enim prius vobis adiumento erant, ad mundum vosq; ipsas abnegandas, cum in incipientium statu versaremini, nunc cum Deus hunc vobis insignē exhibet fauorē, vt ipsemet operarius & artifex esse velit, erūt vobis obstaculo, & maximo impedimēto. Dūmodo enim curetis in nulla re operationes vestras occupare, ab omnibus rebus eas abstrahendo, nec illas implicando, (hoc enim vobis ex parte vestra in statu isto faciendum incūbit) & præterea vt simul aduertentiā seu attentionem amorosam & simplicē adhibeatis, nullam animæ vim in ferendo (nisi forte abstrahendo illā ab omnibus & subleuando, ne pacē ipsius perturbetis & alteretis) his inquam præstitis, cœlesti refectione cibabit illam Deus, quandoquidem nullum ipsi in ea ponitis obstaculū.

§. 16.

Tertius tandem cæcus, est ipsamet anima, quæ se ipsam non intelligēdo, turbat se ipsam, sibiq; detrimentum infert. Cum enim nihil sciat aliud, nisi per sensus operari, quando vult eā Deus in vacuo illo ac solitudine collocare, in qua suis nequit vti potentijs, neq; actus vt dictū est, exerceat: cū videatur illi, nihil se operari aut agere, sensibilius expressiusq; conatur suos actus elicere: hocq; modo distrahitur, & impletur ariditate & desolatione quæ fruebatur prius otiositate pacis silentioque spirituales, in quo Deus suauitatem illi occultē in-

fundebat. Imò eueniet interdum vt contendant coneturque Deus in tranquilla illa quiete detinere animam, ipsa verò è contra obstinatè reluctetur, imaginatione vociferari, intellectuque incedere nitendo: sicut accidit puerulis, quos cum eorū matres absque villo ipsorum labore & incessu, suis gestent vlnis: vociferantur ipsi, seseque proripiunt, suis incedere pedibus cupientes, sicq; nec ipsi ambulant, neque matres ambulare permittunt, vel certe quemadmodū si pictor aliquā depingeret imaginē & ipsa sese hinc & inde moueret, nil profectò illū sineret efficere. Animaduertat igitur anima, quod licet non se sentiat tunc ambulare, multo tamen plus itineris cōficiat, quam si suis graderetur pedibus: Deus enim in suis vlnis portat eam, vnde illa non sentit iter; & quāuis videatur illi, nihil se agere, multo tamē plus præstat, quā si ipsa operaretur; Deus enim operans est. Quod si ipsa nō animaduertat ista, non est mitū; nā ea quæ operatur Deus in anima, non assequitur sensus. Diuinis ergo se manibus committat, ipsique cōfidat, si enim ita faciat, tuta securaq; incedet: nullū enim ei metuendū est periculum, nisi quando illa ex se, vel propria industria, suis potentijs voluerit operari.

§. 17.

Sed reuertamur iam ad proposita nobis de profundis istis potentiarum cauernis tractationem, in quibus diximus, maximas tunc esse solere animæ afflictiones, quando eam Deus ad secum illam vniendam subtilibus istis & delicatis vniotionibus inungit & disponit, quæ solent interdum ad eō subtile esse ac sublimes, vt intimum animæ fundum penetrando, taliter illam disponant, & suauitate deliniāt, vt dolor, & ob ingens desiderii defectio, cum immenso cauernarum istarū vacuo, sit quasi infinitus. Reuertamur inquam

11215
11216

11217
11218

11219

11220

Ea quæ
Deus ope-
ratur in
anima non
assequitur
sensus.

inquā ad id de quo tractabamus, nimirū si vnctioes quæ cauernas istas, ad spiritualis matrimonij vnionem disponebant, tā nobiles & excellētes sunt, sicuti diximus; qualis obsecro erit possessio, qua modo in vnionis statu fruuntur? In dubium est, secundum sitis, famis, dolorisque cauernarū istarū magnitudinem; satisfactionē quoque, satietatem ac delectationem ipsarum futuram, & secundum dispositionum subtilitatem fore etiam fruitionis & possessionis sentimentum animæ præstantiā, quod sentimentum seu sensatio animæ est vigor & virtus, qua ipsius substantia prædita est, ad sentiendum & fruendum potentiarum obiectis.

*Cur potentia anima
Cauerna
appellatur.*

Potentias istas, cum magna proprietate appellat hoc loco Cauernas anima. Cum enim sentiat Cauernas istas intelligentias profundas, lampadumque istarū splendores capere, manifestè animaduertit, tantā inesse illis profunditatem, quāta est intelligentiæ & amoris profunditas: tantamque ipsarum capacitatem, & tot earum sinus quot distinctas causas seu origines intelligentiarū, delectationum, & gaudiorū recipit: quæ vniuersa in ista seu sensus sensationis animæ Cauerna recipiuntur & stabiluntur, quæ sicut dixi est virtus capax, quā ipsa habet ad res istas possidendas, sentiendas & degustandas, sicut communis phatariæ sensus, est omnium obiectorum quæ sensibus externis representantur receptaculum, eodem modo sensus iste communis animæ, est tam nobili excellentique possessione illustratus & locupletatus.

VERSUS IV.

Obscuri prius ac cæci.

Duas ob causas potest oculus non videre, vel quia in obscuro versatur loco, vel certè quia est cæcus. Deus lux est,

& verum animæ obiectum: & quando illa à luce ista non illuminatur, in obscuro est: licet perspicacissimos habeat oculos. Quando verò in peccato manet vel aliter occupat appetitum, cæca est: & quamuis tunc lux diuina non desit; quia tamē cæca est, non illum propter animæ obscuritatem, quæ est ignorantia practica qua tenetur cernit; quæ etiam antequam per transformationem istā illuminaretur à Deo, tenebrosa erat, & tantorum honorū Dei ignora, sicut sibi contigisse, antequam à Deo illuminaretur, ait Sapiēs, verbis istis: Ignorantias meas illuminauit. Spiritualiter autem loquendo, aliud est manere in obscuro, aliud vero manere in tenebris. Nam manere in tenebris, est cæcum esse in peccato; sed manere in obscuro, esse potest absque peccato. Hoc autem duobus modis euenire potest; videlicet respectu rerum naturalium carendo luce aliquarum ex illis. Vel certè respectu rerum supernaturalium, multarum ex illis lucem non habendo. Et respectu duarum rerum istarum dicit hic anima, obscurum fuisse sine Deo intellectum suum. Donec enim dixisset Dominus: *Fiat lux*; tenebræ erant super faciem abyssi Cauernarum sensus, qui quanto abyssalior est, profundiorumque Cauernarum, quando Deus, qui est lumen, non eas illuminat; tanto abyssaliores profundioresque tenebræ in illo reperiuntur. Vnde impossibile est illum ad diuinam lucem atrolere oculos, sed ne in mentem quidem illi eam veniret: cum enim illam nunquam viderit, neque sciat qualiter se habeat, nequibit desiderare illā; quin porius tenebras appetat, & ab vna tenebra labetur in aliā, ab illa priore ductus tenebra, neque enim potest vna tenebra ducere, nisi ad aliā tenebram. sicut enim dicitur: *Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam.* Et sic vna

tenebrarum abyssus, inuitat aliam; & vna lucis abyssus, inuitat aliam lucis abyssum, qualibet similem sibi inuitante: atque ita gratiæ lux, quam Deus animæ isti prius infuderat, & per quam, abyssi suæ aperuerat illi oculos, ad lucem diuinam intuentiam (qua in te gratiam illam & amicam effecerat) aliam gratiæ abyssum inuitat: quæ est diuina ista animæ in Deum transformatio, per quam oculus sensus illuminatissimus remanet & acceptissimus.

Cæcus præterea erat sensus in quantum alia re præter Deum oblectabatur; nam superioris rationalisq; sensus cæcitate, Appetitus causat; qui velut catarrhacta & nubecula sese interponit, cordisque oculo inhæret, ne res quas coram se habet cernat. Erit in quantum sensus oblectamenta conlectabatur, ad videndas immensas diuitias pulchritudinesque diuinas, quæ recto erant, cæcus erat. Quemadmodum enim aliquid etiam minimū, oculo superpositum, satis est ad visionem impediendam, & ne obiecta alia præsentia licet maxima possit videre: ita vel vnicus appetitus cui anima obnoxia sit, satis est pro illo tempore, quo viget, ad vniuersas istas stupendas gratias diuinas impediendas, quæ ab appetitibus & delectationibus, quas anima cupit, plurimum distant. Quis posset hęc dignè assequi verbis quam impossibile sit animam appetitibus subditam de rebus diuinis, vt illæ in se sunt iudicare? Nam ad rectum de rebus diuinis ferendum iudicium, debent appetitus & delectatio omnino profligari, nec debet eas anima cum ipsis iudicare: secus enim res diuinas pro non diuinis accipiet, & reputabit, & res non diuinas pro diuinis. Inhærente namque catarrhacta & nubecula illa iudicij oculo, nil aliud nisi nubeculam, iam vnus, iam alterius coloris, sicuti sese obijciat videbit: & nube-

culam illam Deum esse arbitrabitur, eod quòd nihil aliud præter nubeculam sensui inhærentem videat; Deus autem sub sensum non cadit. Vnde appetitus & delectationes, sublimium rerum cognitionem impediunt, quemadmodum Sapiens significat dicens: *Fascinatio enim nugacitatis obscurat bonam, & inconstantia concupiscentia transuertit sensum sine malitia.* Quamobrem qui nondum eum spiritualis vitæ obtinuerunt gradum, vt ab appetitibus & delectationibus purgati sint, sed adhuc aliquo modo in ipsis animales sunt, credant & sibi persuadeant se viles abiectasque spiritus res (cuiusmodi sunt illæ quæ magis ad sensus, in quibus ipsi adhuc viuunt accedunt) magnas insignesque reputaturos; res verò sublimes & præstantes spiritus, hoc est, quæ à sensibus magis remotæ sunt, parui facturos & despecturos.

Animalis homo est ille, qui vivit adhuc cum naturæ suæ appetitibus, qui appetitus licet interdū res spiritus attingant; si tamen voluerint naturali suo appetitu illis adhære; iam sunt naturales appetitus. Parum enim refert, vt obiectum spirituale sit, si illius appetitus ex seipso originem trahat, vimque ac radicem suam in natura habeat defixā. Sed dices: *Quādo ergo desideratur Deus, nonne hoc supernaturale est?* Respondeo; non semper esse, sed quando desiderij huius motuum seu incitamentum supernaturale est, & Deus in super huiusmodi appetitus vim & efficaciam præbet: hoc autem longè diuersum est. Sed quando tu ex te ipso desiderium istud habere vis, quantum ad eius modum spectat: non est amplius quam aliquid naturale. Vnde quando ex te vis gustibus spiritualibus adhære, & in eis appetitum tuum naturalem exeres; iam opponis catarrhactas, & es homo animalis,

S s

11215
1121611217
11218
11219*Quis sit animalis homo.**Quā grāuiter decipiuntur multi orationi dediti.*

Quamvis
desideria
nostra spi-
ritualia
sunt & su-
pernatu-
ralia.

malis, neque de spiritualibus, omnem
sensum appetitumque naturalem su-
perantibus, iudicium ferre poteris, aut
illas intelligere. Quod si tibi hæc adhuc
dubia videantur: nil tibi amplius dicen-
dum occurrit, nisi ut ista denuo legas, &
fortassis libera à dubitatione euades: satis
enim veritatis substantia enucleata est,
ne locus hic patitur prolixiorum istis de
rebus, tractationem. Hic itaque sensus,
qui antea absque ista luce diuina obse-
rus erat, & suis obsecratus appetitibus
iam taliter constitutus est, ut profundæ
ipsius cauernæ, hac diuina vnione me-
diante

In consuetis excellentijs

*Calorem, lucemque simul, suo prabeant di-
lecto.*

VERSUS V. & VI.

*In consuetis excellentijs
Calorem lucemque simul,
suo prabeant dilecto.*

Cum enim istæ potentiarum cauernæ,
a deo stupendo modo in admirandis
lampadum illarum splendoribus, quæ in
ipsis ardent, positæ collocatæque sint,
cumque iam illustratæ, & in Deo sint ac-
centæ, præter integram, quam sui ipsarum
illi faciunt, traditionem; eosdem ipsos
splendores, quos ab eo cum amorosa glo-
ria susceperunt, ad Deum in Deo trans-
mittunt, inclinatæ iam ipsæ ad Deum in
Deo, effectæ etiam ipsæ lampades, in
splendoribus diuinarum lampadum ac-
centæ eandem lucem, & amoris calorem
quem suscipiunt ad suum reflectendo di-
lectum. Hic enim eodem prorsus modo,
quo ipsum amoris calorem suscipiunt &

cum eadem perfectione ac excellentia,
cum qua ipsis ab eo tribuitur, eidem eum
præbent. Quemadmodum vitrum solis
radijs translucens, facere solet.
Quamquam in nostro casu multò subli-
mius hoc fiat, eo quod hac in re volunta-
tis exercitium interueniat.

In consuetis excellentijs.

Hoc est, peregrinis, & ab omni comuni
sensu alienis, omnemque verborum ap-
paratum superantibus. Nam secundum
excellentiā perfectionemque cum qua
intellectus diuinam suscepit sapientiam,
est quoque excellentia ac perfectio, cum
qua præbet illam anima. Et secundum
excellentiā, cum qua voluntas cum di-
uina est vnita bonitate, est etiam excellen-
tia cum qua dat illa Deo in Deo eandem
bonitatem: ad hunc quippe finem recipit
eam ut eam det. Et eodem prorsus modo,
secundum excellentiā & perfectionem
cum qua in Dei magnitudine cognoscit,
manendo vnita in illa lucet, & calorem a-
moris præbet. Et iuxta excellentiā &
perfectionem aliorum attributorum diui-
norum quæ communicat ibi animæ, for-
titudinis videlicet, pulchritudinis, iustitiæ
&c. sunt etiam excellentiæ, quibus spiri-
tualis sensus, lætabundus dat dilecto suo
in suo dilecto eandem ipsam, quam ab eo
recipit lucem. Nam cum ipsa in hoc statu
sit facta vna eademque res cum eo, est ipsa
Deus per participationem; & quamquam
non in tam perfecto gradu, sicut in alia vi-
ta, est ramentum (sicuti diximus) velut in um-
bra Dei. Atque ita cum ipsa, per transfor-
mationem istam sit umbra Dei facit ipsa
in Deo per Deum id, quod facit ipse in ea
per semetipsum: eo quod amorum vol-
untas, sit vna. Hocque modo, sicut Deus
seipsum illi dat cum libera & gratuita vo-
luntate: sic ipsa etiam, tanto liberio-rem ge-
nerat.

In consuetis excellentijs.

Eteodem omnino modo, circa vestigi-
um fruitionis: & etiam circa laudem: &
similiter circa gratitudinem. Et quan-
tum ad primum, hoc est, ad amorem

*Prima est
quia amat
Deum per
Cumm.*

*Ioan. 17.
26.*

*Secunda,
quia amat
Deum in
Deo.*

*Tertia,
quia amat
Deum ob
id quod in
se est.*

tres præcipuas amoris excellen-
tias habet. Prima est, quia amat hîc
Deum anima, per ipsum Deum: quæ
certè admirabilis excellentia est: amat en-
nim à Spiritu sancto inflammata, & ha-
bens in seipsa Spiritum sanctum, sicut
Pater amat filium, vt per Sanctum Ioan-
nem dicitur: *Vt dilectio qua dilexisti me (ait
Filius Patri) in ipsis sit, & ego in ipsis.* Se-
cunda excellentia est; amare Deum in
Deo. In ista enim vehementi vnione ab-
sorbetur anima in Dei amorem; & Deus
etiam cum vehementia magna se tradit
animæ. Tertia excellentia amoris prin-
cipalis est, amare eum ibi, ob id quod ipse
est. Non enim propterea duntaxat amat
illum, quia est ipsi largus, bonus, liberalis,
&c. Sed multo fortius quia in se, est om-
nia ista essentialiter. Circa verò istam
fruitionis imaginem, habet alias tres præ-
cipuas excellentias admirabiles. Prima
est, quia fruïtur ibi anima Deo, vnita
cum ipso Deo. Nam cum hic anima vniat
intellecta cum sapientia & bonitate, &c.
quas tam clare cognoscit (quanquam
non ita, sicut in alia vita futurum est),
mirum in modum in omnibus rebus i-
stis distinctè (vti superius diximus) in-
tellectis oblectatur. Secunda dilectio-
nis huius præcipua excellentia est, in

solo Deo, absque aliqua creaturæ ad-
mixtione, ordinatè oblectari. Tertia
delectatio est; frui illo solummodo pro-
pter id, quod ipse est, absque proprii
gustus, aut alterius cuiuscunque rei crea-
turæ admixtione. Quod verò ad Laudem
spectat, quam in ista vnione concinit ani-
ma Deo, tres in ea repertiuntur excel-
lentia. Prima est: quia facit hoc anima
ex officio; animaduertit siquidem Deum
eam ad laudem suam creasse, sicut per
Isaiam dicit: *Populum istum formauit mi-
hi, laudem meam narrabit.* Secunda ex-
cellentia est: dicere Deo laudes, ob
beneficia quæ accipit & propter volu-
ptatem, quam in laudando magno illo
Domino experitur. Tertia est; lauda-
re eum ob id, quod ipse in se est: quam-
uis enim anima, nullam inde perciperet
delectationem; laudaret tamen eum
propter id quod ipse est. Ad gratitudi-
nem porò quod attinet, tres alias habet
excellencias. Prima est: gratam esse,
& agere gratias pro naturalibus & spi-
ritualibus bonis, necnon pro vniuersis
alijs beneficijs. Secunda est; ingens de-
lectatio, quam in laudando Deo per-
cipit: vehementissime enim in hanc ab-
sorbetur laudem. Tertia est, lau-
dare ob id duntaxat, quod

Deus est: quod efficacious
multò est, & delectabilius.

☩(o)☩

CANTVS QVARTVS.

CANCION IV.

SENSVS.

Quam manso y amoroso
 Recuerdas en mi seno
 Donde secretamente solo moras
 Y en tu aspirar sabroso,
 De bien y gloria lleno
 Quam delicadamente me enamoras.

Quam mitis & amorosus
 In sinu euigilas meo,
 In quo secrete solus moraris
 Et in tua aspiratione dulci,
 Bonorum & gloria plena,
 Quam delicate me amore succendis.

DILVCIDATIO.

Merit se hoc loco multo cum amore ad sponsum anima, magnificiens agensque gratias pro duobus admirandis effectibus, quos ipse interdum in ea per vnionem istam producit, notando etiam modum, quo eos efficit, necnon effectum, qui inde in eam redundat.

Primus effectus, est Expergefatio Dei in anima: modus verò quo fit est mansuetudo & amor. Secundus effectus est, Aspiratio Dei in anima: modus autem eius bona sunt & gloria, quæ in aspiratione ei communicantur. Id vero quod hinc redundat in animam, est, tenera delicataque amoris inflammatio: vnde perinde est, ac si diceret. Expergefationem quam *Verbum Sponse*, in centro & fundo animæ meæ facis, in quo secrete & silenter, solus tanquam ipsius Dominus moraris, non solum ut in domo tua, neque solum ut in lectulo tuo, verum etiam sicut in proprio sinu meo, intimè arctissimeque vnitus; quam mansuetè amabiliterque illam facis (hoc est, mansuetus valde & amorosus) & in dulci aspiratione, quam in hac tua expergefatione suauem mihi facis, quæ plena bonorum est & gloriæ; quam delicate me amore succendis, tibi que deuincis! Qua in re vsurpat anima similitudinem illius, qui postquam è somno euigilauerit, respirat; quia reuera ita se rem habere sentit.

(*) (*)
 (*) (*)

Ss 3 VER-

11215
 11111

11111
 11111
 11111
 11111

VERSUS I. & II.

*Quam mitis & amabilis
In sinu euigilas meo.*

Multos excitationum seu expergefactionum modos facit animæ Deus: quas si enumerare deberemus, nunquam esset finis. Verum euigilatio ista à filio Dei facta, quam hoc loco explicare vult anima est (meo iudicio) ex sublimissimis & quæ magis animæ prodest: Hæc quippe expergefatio est motus, quem verbum in profunditate animæ producit tantæ præstantiæ, dominij, & gloriæ, tamque intimitatis suauitatis vt vniuersa balsama, speciefque odoriferæ, & denique omnes mundi flores, spargi, moueri, & reuolui ad fragrantiam excitandam videantur, cuncta præterea mundi regna & dominia, omnes etiam cæli virtutes, & potestates videntur moueri: neque hoc duntaxat, sed etiam vniuersæ omnium rerum creaturarum virtutes, substantiæ, perfectiones, & pulchritudines resplendent, & eundem cõcorditer & in vnum faciunt motum. Vt enim S. Ioannes ait. *Omnia, in ipso vita sunt.* Et alius etiam Apostolus. *In ipso viuunt, sunt, & mouentur:* Hinc est, quod volendo se magnus iste imperator, manifestare animæ, & hoc illustrationis modo sese in anima mouendo non se tamen mouente in ea illo, qui (vt Isaias ait) gestat principatum suum super humorem suum: hoc est, trinas machinas, Cælestem, Terrestrẽ, & infernalem, & omnia quæ in eis sunt, sustentando omnes illas, (sicut S. Paulus dicit) *Verbo virtutis suæ*) hinc inquam est, quod omnes simul moueri videantur. *Quem admodum si moueretur terra, cunctæ res naturales quæ in ea sunt, mouerentur: eodem modo fit quando Princeps iste qui*

aulam suam ipse gestat, non verò aula ipsum (in sensu explicato) mouetur. Quamquam similitudo hæc, valde sit impropria, hæc enim, non solum moueri videntur, sed etiam essentiæ, virtutis, pulchritudinis ac venustatis suæ elegantiam, nec non durationis & vitæ suæ in illo radicem patefacere. Ibi quippe cognoscit anima, qualiter vniuersæ creaturæ inferiores & superiores vitam, virtutem, durationemque suam in eo habeant: intelligit etiam illud, quod ipse in libro Sapientiæ dicit: *Per me Reges regnant: per me Principes imperant, & potentes decernunt iustitiam, eorumque intelligunt.* Et licet verum sit; anima delectare ibi animam, res istas distinctas esse à Deo, in quantum esse creaturam habent, cognoscere que eas ibi in ipso, cum eorum vi, radice, & vigore, tantam nihilominus adeoque infinitam essentiæ Dei super illas agnoscit eminentiam; vt melius agnoscat illas in isto suo principio, quam in illis ipsis. Et hæc est ingens expergefactionis delectatio; cognoscere videlicet effectus, per causam ipsorum. Qualiter autem hic motus in anima fiat, cum Deus sit immobilis, est profectò res admirabilis. Nam absque eo quod mouetur Deus, innouatur ipsa, & ab eo mouetur; & cum admirabili quadam nouitate, manifestetur ei vita illa diuina, & essentia ac harmonia omnium creaturarum, vt ipse ac mutuante causa nomen effectus, quem producit: secundum quem effectus, quem potest moueri Deus sicut Sapiens ait. *Sapientiam mobiliorem esse omnium mobilium: non quod moueatur ipsa, sed quia principium & radix est omnis motus: & in se mobilis permanens (vt immediate subiungit Sapiens) innouat vniuersa: & sic id, quod ibi dicere vult, est sapientiam magis esse actiuam, omnibus rebus actiuis. Atque ita debemus hæc dicere; Animam*

Quidnam sit hac euigilatio seu expergefatio de qua in Cantu isto loquitur anima.

*Iuan. 6. 64.
Act. 17. 28*

Isa. 9. 6.

Job. 1. 3.

in motu isto; esse illam, quæ mouetur & expergescitur, & propterea propriè illi imponere nomen expergefactionis, Deus tamen semper eo manet modo, quo illum vidit anima; mouendo scilicet gubernando, & essentiam, virtutem, pulchritudines, & dona cunctis tribuendo creaturis, & omnes illas in se virtualiter, præsentialiter, & eminentissimè continendo; videtque anima, quid Deus in se sit, quid verò in creaturis; veluti ille cui palatium aliquod aperitur, vnico actu eminentiam personæ intras manentis, & simul quidquid operatur, videt. Vnde (quantum ego capio) modus quo expergefactio ista, seu intuitus animæ fit, est: quod aufert illi Deus, aliqua ex multis velaminibus & cortinis, quas ipsa ante se habet, vt cernere possit, quidnam ille sit: tunc vero translucet, & à longè discernitur (quamuis aliquantum obscure, nō enim vniuersa sublata sunt velamina, siquidem velamē fidei remanet) facies illa diuina plena gratiarū: qui cum vniuersa virtute sua moueat, simul cum eo, quidquid operatur apparet. Et hæc est euigilatio & excitatio animæ: quamuis etiā reuera, cum vniuersum hominis bonum à Deo oriatur, & homo nihil ex se boni possit: in veritate dicatur, excitationem expergefactionemque nostram, expergefactionem Dei esse; & subleuationem nostram, subleuationem esse Dei. Et ita quando Dauid dixit. *Exurge, quare obdormis Domine*, perinde est, ac si dixisset: Eleua nos, & excita nos: corruimus enim & obdormiuimus. Vnde quia anima sopore, ex quo nunquam ipsa ex se euigilare potuisset erat consopita: solusque Deus est qui oculos ipsius potuit aperire, hancque facere expergefactionem propriissimè vocat illam Dei expergefactionem dicens:

in sinu euigilas meo.

VERSVS II.

In sinu euigilas meo.

EXcita nos tu Domine mi & illumina, vt bona, quæ nobis semper proponis cognoscamus & amemus, tunc enim cognoscemus, quod te ad faciendā nobis beneficia moueris, & nostri fueris recordatus.

Est profusus inuisibile id, quod anima in ista excitatione, de excellentia Dei in intimis suis, quæ sunt sinus ipsius, de quibus hic loquitur cognoscit, & sentit, nam immensa quædam potentia, voce multitudinis excellentiarum, milliū millium virtutum, resonat in anima, in quibus subsistendo, seseque detinendo, remanet ipsa terribilis solideque tanquam castrorum acies ordinata; dulcorata etiam & gratiosa in eo, qui vniuersas creaturarum suauitates & gratiositates in se complectitur.

Verum dubium hoc loco emergit: quæ ratione possit anima carnē mortali circumseptam fortem sustinere communicationem; cum reuera non reperitur in ea subiectum & virtus, ad tanta sine deflectione sufferenda? Ex solo enim Regis Assueri in throno suo sedentis, regijs induti vestibus, & auro gemmisque preciosis splendens aspectu, tantum timoris Esther Regina adeo illum vultu terribilem videntis, concepit, vt deliquium fuerit passa, sicut ipsa fatetur tibi, dicens: *Vidisti Domine quasi Angelam Dei, & faciem tuam plenam gratiarum, & conturbatum est cor meum, pro timore glorie tue: nam gloria, quando eum non glorificat, opprimit intuentem.*

Quāto magis ergo deberet deficere hic anima; quandoquidem ille quem cognoscit

Qua ratione anima mortali inclusa corporeā formam possit sustinere communicationē.

Esth. 5. 16

11215
11216

11217
11218
11219
11220

noscit & videt, non est Angelus sed ipsemet Deus & Dominus Angelorum, faciem suam ostendens gratijs creaturarum omnium plenam, terribilis potentie & gloriæ ac vocis multitudinis excellentiarum. De qua voce ait Iob: *Cum vix parvum*

Iob 16. 14. *stillam sermonis eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri: si vix exiguum ipsius sibilum sustinere valeamus, qua ratione tonitruum eius magnitudinem sufferre poterimus?* Et alio loco dicit. Iob 23. 6. *Dua sunt cause ob quas potest anima in fortibus Dei comminationes sustinere. Prima.*

Prima est; quia cum iam anima in perfectionis statu maneat (sicuti hic manet) in quo pars inferior repurgatissima est, maximeque spiritui conformis, non sentit detrimentum ac dolorem, quem spiritus non repurgatus, & ad diuina recipienda indispositus in spiritualibus communicationibus pati solet.

Secunda.

Secunda magisque præcipua huius rei causa est illa, quæ primo Cantus huius versu assignatur: nimirum, quia Deus mansuetum se ei & amabilem ostendit. Sicut enim ipse magnitudinem istam ac gloriam ostendit animæ, ad illam delectandam & sublimandam, ita recreat roboratque illam, naturam ipsius protegendo, dum spiritui magnitudinem suam benignè & cum amore manifestat. Quod optime potest facere ille, qui dextera sua protexit Moysen, ut videret gloriam suam.

Atque ita tantam in eo mansuetudinem ac amorem experitur anima: quantum potentiam, dominium, & magnitudinem; in Deo enim omnia ista vnum idemque sunt. Cum quibus fortis est delectatio & protectio in mansuetudine & a-

more, fortis ad fortem delectationem sustinendam. Vnde fortis potius & potens remanet anima, quam languida & delectationem patiens.

Nam si Regina Esther deliquitum passa est, id fuit, quia in principio Rex se illi minimè fauentem ostendit; sed (sicut ibi dicitur) ardentibus & accensis oculis peccatoris sui furorem illi indicavit. Verum confestim ac benignè illam intuitus est, sceptrumque suum eo illam tangens extendit, & eam amplexus est; ad se redijt præsertim postquam illi dixisset, ego sum frater tuus, noli metuere. Ad eundem modum, cum se hic Rex cælestis, ab ipso principio, cum anima tanquam sponsus & frater gerat non timet ipsa.

Nam ostendendo illi in mansuetudine, & non in furore fortitudinem potentie suæ, & amorem bonitatis suæ, peccatoris simul sui fortitudinem & amorem communicat ei è throno etiam suo tanquam ex thalamo suo, in quo latebat ad eam profiliendo, eique se inclinando, scepro Maiestatem suam tangit illam, & velut frater complectitur. Ibi ergo vestimenta regalia, ipsorumque fragrantia, quæ sunt admirabiles Dei virtutes, ibi splendor autem, quod est caritas, ibi lapidum pretiosorum, notitiarum videlicet supernaturalium fulgor, ibi tandem facies verbi gratiarum plena, transuerberant & vestiunt Regnam animam, ita ut ipsa in virtutes illas cælestis Regis transformata videat se creatam Reginam, & quod possit cum veritate de illa dici illud, quod dicit David. *Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate.* Et quia omnia ista in profundo animæ celebrantur, subnectit illa continuo. *In quo secretè solus morari.*

VER.

VERSUS III.

In quo secretè solus moraris.

Dicit eum in sinu suo secretè morari; nam sicuti diximus, in fundo substantiæ animæ ac potentiarum dulcis hic celebratur amplexus. Sciendum ergo est, in cunctis Animabus, & in ipsarum substantia, arcanè & latenter manere **DEVM**: si enim ita non esset, non possent ipsæ subsistere. Verum in mentione ista latum intercedit discrimen: in quibusdam enim libenter manet & contentus, in alijs verò minimè. In quibusdā manet velut in propria domo imperando, & omnia gubernando: in alijs verò sicut extraneus in aliena domo, in qua non permittitur ei imperare, nec aliquid efficere. Vbi pauciores appetitus, proprijsque guttus vigent; ibi ipse magis solus, magis contentus, & velut in domo sua moratur, regendo illam & gubernando: tantoque magis secretus manet, quanto magis solus. Vnde in Anima ista in qua nullus iam appetitus, nullæ imagines aut aliarum rerum creatarum formæ manent, secretissimè moratur, cum tantò intimiori, interiori arctiorique amplexu, quanto ipsa purior est, & magis ab omni re præter **DEVM** solitaria. Atque ita manet secretus: nam istum situm & complexum non potest attingere dæmon, nec cum intellectus aliquis sicuti est assequi. At verò ipsi Animæ, in hac perfectione constitutæ, non est secretus: semper enim eum in se experitur: nisi fortè est illi secretus, respectu excitationum istarum, quæ quan-

do fiunt, videtur animæ, quod expergiscitur ille, qui prius in sinu suo dormiebat: & licet sentiret gustaretque illum: id tamen erat, veluti dilectum, in sinu suo confopitum sentire. O quam fortunata est anima ista quæ semper sentit **DEVM** in sinu suo quiescentem! ô quantum expedit illi ab omnibus separari rebus: surgere negotia, cum immensa viuere tranquillitate? ne fortè minima aliqua atomus perturbet, & inquietet Dilecti sinum. Ibi ordinariè manet velut confopitus in isto cum Anima complexu: quem ipsa optimè sentit, & ordinariè, optimè illo fruitur. Si enim semper maneret in illa, quasi expergefactus (quod esset notitias illi & amores communicando) iam hoc esset manere in gloria. Nam si vna euigilans vice, oculum duntaxat apertendo, talem efficit Animam: quid esset si ordinariè maneret in ea omninò expergefactus? In animabus alijs, quæ ad istam vnionem non peruenerunt: quamuis non maneat malè contentus & inuitus, quia tamen necdum sunt ad eam rectè dispositæ, secretus manet: non enim illum ordinariè sentiunt, sed tantum quando aliquas illis dulces facit excitationes, quantum non sint eiusdem cum hac de qua agimus generis, nec possint cum ea comparari. Sed dæmoni & intellectui, non sunt adeò sicut ista occultæ: adhuc enim possent aliquid ex sensus motibus cognoscere: eò quod, donec ad Vnionem peruenerint, non est rectè annihilata: nam adhuc aliquas exeret actiones, eò quod non sit totaliter Spirituális. At in excitatione ista, quam hic sponsus in ista perfecta facit Anima, omnia sunt perfecta: ipse enim facit omnia, in sensu explicato. Tunc verò in excitatione illa & euigilatione illi simili, cum quispiam expergiscitur &

T r respici-

Quæ fortunata est Anima quæ sentit semper Deum in sinu suo quiescentem.

11215
-1122

11215
-1122

11215
-1122

11215
-1122

respirat, percipit Anima Dei respirationem. Et propterea dicit:

Et in tua aspiratione dulci.

VERSUS IV. V. & VI.

*Et in tua aspiratione dulci
Bonorum & gloria plena
Quam delicate me amore
succendis!*

DE illa Aspiratione Dei, nollem loqui ego, sed neque volo: manifestè enim animaduerto me nescire de ea lo-

qui; & minorem apparituram, si eam verbis exprimerem. Est enim aspiratio quædam, quam Deus facit Animæ, in qua, in illa sublimis notitiæ Deitatis excitatione, aspirat illi Spiritum sanctum ad notitiæ proportionem: qui profundissimè illam absorbet, amore illam delicatissime inflammando, secundum illud quod vidit, cum enim aspiratio bonorum & gloriæ sit plena, bonitate illam & gloria replevit Spiritus sanctus, qua in re amore illam sui succendit, super omnem gloriam & sensum; & propterea ab hac tractatione superfedeo.

30 (o) 30

¶

